ROCHA — DIGNA REDARGUTIO NIMPHI 1523

Palau VI, 305: «Libro raro. Tuvo ejemplar Salva, y existe actualmente en el Museo Britanico.» Catalogue of Spanish Books in the British Museum p. 75.

Very rare Spanish astrological volume, of which only another copy in the British Museum is known.

The author calls himself: Thomas Rocha Gottolanus, plage Tarrachonensis oriundus, miles et omnium artium liberalium et sacre medicine doctor, dominus Castri de Fortianello Gerundae diocesis. «De este autor catalan, Torres Amat menciona varios escritos, pero no sabemos si se imprimió alguna cosa mas.» (Palau.)

The tract quoted on the title is a refutation of Niphus' prognostication of a deluge for 1524 (cf. No. 1293 of our catalogue). Besides, the present book contains the following treatises: *Prognosticatio* pro anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto. *Compilatio terminorum astrologie cum regulis phisicorum* practicantium utilibus in exhibitionem medicinarum; *phlebotomia* exequenda ceterisque instrumentis medicinalibus debito tempore aplicandis. *Epistola contra necromanticos*; alia quam plurima comprehendens signanter de ortu scientiarum. *Epistola* ad supremum cancellarium Ferdinandi Anzinas fatua *in astrologiam scripta merito reprehendens*, etc.

«Alonso de Melgar, who printed from 1519 until after the middle of the century, produced well printed and decorative books.» (Lyell, Early Book Illustration in Spain.)

At the end is bound up an Errata-leaf (18 lines) in the size of half a page, which is not quoted by Palau.

3810
6764

5504

Rocha Th. G.

L. B.

N. v
16/2

40 leaves and a half
mounted leaf.

B 13

¶ Thome Rocha gottolani digna redargutio ĩ libros tres Augustini nimphi suesani quos ad Karolũ Cesarem scripserat.

¶ Et incidentaliter gesta militum Hispanie: contra cõmunitatẽ ⁊ contra Gallos in Nauarra.

¶ Et eiusdem mira prognosticatio pro anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

¶ Et eiusdẽ vtilis cõpilatio terminorũ astrologie cũ regulis phisico practicãti vtilibꝰ in exhibitiõe medicinarũ: ⁊ phlebotomia exeq̃nda ceterisq; instrumẽtis medicinalibꝰ debito tẽpore aplicãdis.


¶ Et eiusdem Epistola contra necromãticos incidentaliter. Alia q̃ꝑ plurima comprehendens signanter de ortu scientiarum.

¶ Et eiusdem Epistola ad supremũ. S. L. R. L. M. cancellarium Ferdinandi Anzinas fatua in astrologiam scripta merito reprehendens.

1.5.2.3.


¶ Figura Zodiaci linee ecliptice: ⁊ linee equinoctialis: ⁊ sex Zonarū cœli quibus totidem correspōdent in terra: cum circulis artico ⁊ antartico/ ⁊ tropicis designatis: longitudo penes distātiam ab oriente: ⁊ latitudo maior aut minor penes distantiam ab equinoctiali versus polum mundi attenditur. In alia parua figura designantur circuli paralelli: sub quibus existentes adinuicem distantes per mediam circuli partem antipodes dicuntur.

Hic vrsa minor. Maior ⁊ costellatio. Draconis i firmamento figurantur.





Hic sunt duo circuli Sphere.



¶ Ad reuerendiſſimū atq̄ȝ Illuſtriſſimoſ in xp̄o patrem obſeruandiſſimū dn̄m Adrianum : Tituli ſanctorū Ioannis & Pauli ſancte Romane eccleſie preſbyterū: Cardinalē Dertuſenſem digniſſimū. Et dn̄m Federicum Enrriqueȝ de Cabrera: Hiſpanie magnum admirantem: & de Modica comitē excellentē: Digniſſimos Hiſpanie ulterioris gubernatores: Diſputationum Thome Rocha gottolani: Tarraconēſis plage oriundi Gerūde populati militis artium/ ac ſacre medicine doctoris prefati: magni Admirātis medici: contra in Ephemeridē & alios quoſdā magnifici Auguſtini de Seſſa philoſophi ſcripta. Prefacio.

Z ſi a me longe alienuȝ ſit illuſtriſſimi atq̄ȝ digniſſimi gubernatores: quempiam moleſtare: quantomagis reprehendere: uerum quia Ariſtoteles Platonis amicuſ non deſinit ipſum in nō benedictis reprehendere: & dixit amicus Plato: ſed magis amica ueritas: & Iuuenalis ille Satyra tertia.

Quid Rome faciam mentiri neſcio: librum
Si malus eſt: nequeo laudare.

¶ Animaduertendo libellos quos in autorē Ephemeridis magnificus ille Auguſtinus nimphus de Seſſa philoſophus ſcripſit: precipue ſecundum/ in quo uidetur ephemeridem: & quoſdam alios non tantum reprehendere: ſed etiam contra aſtronomie artem aliquas erroneas concluſiones inſerere auſus eſt: inter quas dixit/ ceteris ſtellis preter ſolem & lunam parum aut nichil tribuendum eſt: & eſſe factas potius ad ornatum q̄ ad cauſalitatem rerum. Et quid aliud: quod equidem abſurdum eſt. Nā quā ingens quamq̄ȝ fructifera quadriuialium facultatuȝ precipua peculiaris ac neceſſaria aſtrorum ſcientia ſit omnium iudicio comprobatur ſapiētum antiquorum atq̄ȝ recētium: non tantum aſtronomorum philoſophorum naturalium ac medicorum: uerū etiam theologorum. Inquit enim Ptolomeus uerbo quinto ſui centiloquii. Aſtrologus optimus multum malum prohibere poteſt. &c̄. Et idem uir ſapiens dominabit̄ aſtris. Ait ſapiēs. ſ. in aſtris dominabitur eis. Et Hermes ille maximus aſtronomus trimegiſtus amphoryſmo octauo magnorum principium facias ſignificatores ſuperiores planetas/ uel ſolem. Scribarum uero & ruſticorum inferiores planetas: & primo amphoryſmo idem Hermes dixerat: q̄ ſol & luna poſt deum omnium uiuentiū uita ſunt. Et quid dicemus de expertiſſimo Albumaſare: qui illum precipit curet medicus: quem prius p̄gnoſticatus fuerit aſtrologus. Et Ptolomeus uerbo nono. Vultus huius ſeculi ſunt ſubiecti vultibus celeſtibus. Et philoſophorum primus Ariſtoteles primo metheororum nōne ait. Hunc mundum ſenſibilem contiguum eſſe ſuperioribus lationibus: ut inde omnis uirtus gubernetur? Et problematum quarto prime particule. Et ſyderum ort⁹ orionis arcturi uirgiliarum. canicule qui flatus imbres excitant: qui ſerenitates/ frigora/ tempeſtates ue ſolent afferre: & in aliis locis ſimilem affert ſententiam. Et quid dicemus de magno Alberto philoſophorum ac theologorum preclaro in de cœlo & mūdo & de mineralibus: & in libro quem edidit de quattuor coequeuis. Fructuoſam ac neceſſariam profert eſſe homini aſtronomiaȝ. Et medicorū primus hipocrates in libro quē de aere & aqua edidit: nōne fatetur eſſe nature humane neceſſariā: quādo ſcripſit. Norint aſtronomiam/ medicine nō minimā partem eſſe. Et in libello de diſcurſu lune/ per ſigna cuiuſmodi medicus qui aſtrologiam

ignorat: nullus debet se in manibus eius ponere. Et idem prognosticorum pmo. Est quoddam celeste in quo oportet medicum cõtẽplari. &c. Et Galien⁹ medicorũ optimus in libris quos fecit de crisi & de diebus criticis & de pgnosticatione: uariationem dierum criticorum cui attribuit Abinzoar qui ab auerroe gloriosus appellatur: nõne in primo sui teyzir laudat astrologiá: qñ dixit. Et fiunt in hac egritudine paroxysmi sicut in febribus fieri consueuerunt ex operatiõe & uirtute super celestiũ corporũ: quequidẽ corpora ait ipse: A deo uiuo & uero perfectionẽ & influentiá habere sciuntur certissime: & comprobantur. & dñs Auicena in canticis nonne profert: luna uariat actionẽ in morbis. Et quid de Aliabbate uiro preclaro: Omnes concinunt: medico astrologiam fore necessariam. Et de laudibus eius: Neapoli exponendo primá primi canonis Auicene: plura inserui. Et in epistola contra artem perniciosam necromantie multa scripsi: que licet uidere. Scotum autem subtilissimum doctorem consentaneum est in medium afferre: qui sententiarum secundo / distinctione decimaquarta / questione tertia in solutione argumenti secundi litteris sic inseruit. Et sic est conueniens & necessarium: quod bonus medicus habeat scientiaꝫ astronomie. Iuxta illud Ptolomei. Repellendus est a scholis medicine: qui non nouit sciẽtiam astrologie. Possunt enim aliquo tempore propinare medicinam que interficit: que tamen alio tempore liberaret. Qua de re medicum astronomiaꝫ spernẽtem nõ negarem fore peccati reum. Augustinus uir sanctus princeps theologorum: ait. Deus res quas condidit: sic administrat: ut proprio motu agere sinat. Et uir sanctus Thomas de aquino libro tertio contra gentiles uult: & profert expresse: ꝙ secundum esse ordinatum corpus hominis subiicitur corporibus celestibus: secundum intellectum subiicitur angelis: secundum uero uoluntatem subiicitur deo. Non est pretermittenda de re militari Vegetii autoritas: qui libro primo: capitulo secundo ait. Plaga cœli nõ ad robur corporum tantum: sed etiam animorum plurimum ualet. Ex dictis liquet medicos omnes qui facultate sua pluribus prodesse cupiunt: huic tam decenti: q̃ necessarie facultati. Quipiam cure impendere obnoxios esse: ne in erroris foueam peccato ommissionis inanimaduertentes incaute cadant penitus. Verũenimuero multo lõgius scriptis ductus sum: q̃ animaduerteram. Currente igitur mense marcii anni millesimi quingentesimi uigesimi primi libelli tres magnifici uiri domini Augustini nĩphi de Sessa philosophi in autorẽ ephemeridis scripti ad manus meas uenere quos quattuor diebus rimatus sum. & uisis quibusdam erroneis conclusionibus: In secũdo precipue libro insertis: non potui abstinere quin eos impugnarem: ut in sequentibus licet uidere. Vos obsecro reuerendissime ac illustrissimi domini ut equo animo ipm iudicetis ac corrigatis: elimetisq; : quádoquidẽ immaturũ semiq; digestum: tum breuitate temporisq; inquietudine: tum etiam penuria librorum in maliuolorũ manus forsan deueniet: qui tantorum uirorum preclarissimorum illustrissimorumq; fauore spero: seipsum defendet. Et si qui fuerint: qui ipsum reprehendere uelint scriptis potius q̃ angularibus uerbis illud efficiant obsecro. Sciendi cupidissimus: & si conuincimur libenter manus damus. Et ualete gubernatores dignissimi. Valeantq; qui inter uos dissidium querunt.

¶ Explicit proemium.

Principium operis.

ANimaduertite queſo: nimphus ille Auguſtin⁹ ſuum opus diuiſit in tres partes: quas libros uoluit appellare. In pmo aliq̄ arguméta in ephimeridis atq̧ aſtronomorū fauoré ſcripſit. In ſecūdo nitiť autoré ephimeridis reprehēdere: & duas falſas cōcluſiōes reprobare. In tertio anni uigeſimi q̄rti a milleſimo qngēteſimo pnoſticō ſcripſit: arte credo q̄ ſcinit: & potuit. Nos aūt hoc calle pcedere intēdim⁹: librūq̧ nr̄m in tractat⁹ diuidem⁹: & tractatus p capl'a: & cuiuſlibet capl'i pmo nimphi ſentētiá pate faciem⁹. Et in eodē conſequēter ſique dixerit reprehēſione digna ratiōib⁹ autoritatib⁹ aut demōſtratiōe refutabim⁹. Et tādē pnoſticō ſcd̄m ſententiá Albumazaris/Ptholomei: & aliorū in aſtrologia pclariſſimorū p anno uigeſimo q̄rto cudem⁹. ut nō tantū autoritatib⁹ rationib⁹ & demōſtratiōib⁹ niphus redarguať: ſed etiá experiētia ipa: que mr̄ eſt rerū. Et quáuis diu eſt in italia in pnoſticō qd̄ pcepto Dn̄i mei illuſtriſſimi ducis lune tūc tpis comitis ripa curſie regni neapolis p regis ſcripſi dixerim me lōge alienū eſſe: ab hoc exercitio? tá difficili ac laborioſo: & tantū ea que medico neceſſaria ſunt ppendere: atq̧ librare: uerū q̧ ueritati amic⁹: contrariū abhorrens: hac que ſequitur: ordine dicto proſequar uia. Et ſequitur.

¶ Capitulum primum tractatus primi.

PRimo nimph⁹ epl'am ad ceſaré Carolū ſcriptá inſerit: & ex dictis in pmo capl'o primi libri infert hác cōſequentiá: dicēs eo q̧ ex uerbis autoris ephimeridis percipiť: comuné omnibus hominibus alterationé eſſe: & talem qualem non audiuimus a maioribus. Ergo er.. diluuium maior illo noetico: aut conflagratio maior illa fœtontis.

¶ Mirádū eſt de cōſequētia ex uerbis eni ipſi⁹ autoris ephimeridis nō poteſt inferri: Rocha
uerba qppe autoris ephimeridis hec ſunt. Hoc anno nec ſolis nec lune ecclipſim conſpicabimur: ſed pſenti anno errantiū ſyderū habitudines miratu digniſſime accidēt. In menſe eni februario uiginti coniūctiones cū minime mediocres tum magne accidēt: quarū ſexdeci ſignū aqueū poſſidebūt: que uniuerſo fere orbi climatib⁹ regnis puinciis/ſtatib⁹/dignitatib⁹/brutis/beluis/marinis: cūctiſq̧ terre naſcētib⁹ indubitatá mutationé/uariationé/ac alterationé ſignificabūt. Talé profecto qualé a plurib⁹ ſeculis ab hyſtoriografis aut natu maioribus uix percipim⁹. Hec autor ephimeridis. Attēdite queſo: ná dixit uniuerſo fere orbi: li fere nō pmittit actū uerbi: eliciť inde: q̧ nō toti uniuerſo accidēt detrimenta. & poſtea dixit? Vix pcipimus: li uix permittit actū uerbi: denotat equidé: q̧ iá ab hyſtoriografis & natu maioribus ſimilia que accidēt percepimus. Non igitur ſequiť ex uerbis autoris ephimeridis: erit diluuiū maior illo noetico: aut conflagratio maior illa fœtontis. Sequiť inde illá conſequentiam fore malá; oppoſitū enim conſequētis nō repugnat antecedēti. Et ſequiť nimphi.

¶ Capitulum ſecundum.

IN quo arguit in fauoré ephimeridis: & ponit aliquas rationes: q̄ plures poſſit afferre. Et ſequitur nimphus.

¶ Capitulum tertium.

INqno affert rationé ptholomei: q̄ mediáte aſſerit argumētū fortiſſimū: & dixit eo quia ecclipſis lune pceſſerit in auguſto exiſtente in ſigno piſcium: & poſtea

cõiũctiões in ipo efficient: ea ppter illorũ effect⁹ maxim⁹ existimãdus est: & dixit. sed cũ nõ uideat ali⁹ effectus q̃ diluuiũ: ergo. &c̃. Diluuiũ sequet: & sequit nimphus.

ℭ Capitulum quartum.

IN quo ratione theologica & astronomica probat quod ephimerides scripsit: & dixit. Si qua enim causa diluuiũ est: non nisi celestis dispositio in aqueis signis esse potest. talis tunc erit. Ergo. &c̃. Et potest esse a deo potissimũ propter peccata ho minũ: qualiter fuit: & nũc in mundo sunt plurima peccata. Ergo erit precipue uigẽti bus planetis in piscibus & ecclypsi lune precedẽte in eodem. Hec sunt que in senten tia primo scripsit libro: & sequitur.

ℭ Tractatus secundus. ⁊ prohemium eiusdem.

ET primo ponit prohemiũ secũdi libri. inquit. Licet rationib⁹ fortissimis sit a nobis cõprobata: tamẽ nõ est penitus asserẽda. & ubi ꝑ parte uera es set eos q nobiscũ q̃drantẽ italicũ incolunt: liberabimus a tanto terrore.

R ℭ O nimphe opinor ꝙ quemadmodũ optas. ita locutus es. omnipotẽ ti creatori ita placeat. & nõ tm̃ italicũ quadrantẽ urm̃ ab infortuniis preseruet. Verũ etiã oĩm christianorũ loca/ uerũtamẽ si in italicũ quadrantẽ malo aspectu influxerit astra. In ultimo huiuscemodi operis tractatu⁹ patefiet mente deo. & sequitur.

ℭ Capitulum primum.

1.ꝯ°. IN quo ponit duas erroneas conclusiones/ quarũ prima est hec. ꝙ ceteris stellis ꝑ ter solem & lunam parum aut nichil tribuendũ est.

2.ꝯ°. ℭ Secunda conclusio: stellas predictas scilicet propter solem & lunam esse factas po tius ad ornatum q̃ ad causalitatem rerum. Hec nimphus.

R ℭ Nõ possum nõ parũ admirari de philosopho isto magnifico: diu est in italia ipm̃ cognoui litteris inbutũ: & inter uiros doctos in magno preciũ habitũ ⁊ ephimeridis autorem reprehendentẽ: & predicttas fatuas conclusiones asserentẽ hucusq credide rã ipsum fore astronomũ. O nimphe augustine aperte teipsum patefacis: quãdo hoc in tuo libello secũdo uoluisti hac friuola persuasione predictas duas conclusiones ꝑ bare: & dixisti orto enim saturno in nr̃o hemisperio frigiditatẽ maiorem q̃ erat. Nõ sentimus: nec orto marte caliditatẽ: at orto sole nemo negat maiorẽ calorẽ fieri in no bis: q̃ erat. Orta quoq luna etiã patet: calorẽ fieri maiorẽ: percipimus enim in pleni lunio noctes esse calidiores: in interlunio min⁹ calidas. que ratio docet eiusmodi stel las factas esse potius ad ornatũ: q̃ ad causalitatẽ rerũ. Et ꝓsequeris: ex his patet: cõuen tũ illũ parum aut nichil significare. quod argumẽtum dicis eẽ peripateticũ: & quod Theofrastus ipsum nõ negat. Nam si stelle ille parum aut nichil agunt cõuentus ille non uidetur esse tantus/ ut diluuium faciat.

R ℭ O fatuitas⁹ putasne pauca dixisse: si ratione ac ueris autoritatibus probasses: quid dicendũ esset de tot tantisq uiris uniuersi⁹ nam tantũ caldeis/ indis/ hebreis/ grecis/ arabicis atq latinis philosophis⁹ uerũetiã medicis atq theologis⁹ canẽtibus homini bus astrologiã fore necessariã. Que nõ tantũ de motibus ac dispositiõibus planetarũ septẽ considerat⁹ sed etiã de motibus octaue sphere: que firmamentum appellatũ est. O inscitia. Dicis potius ad ornatũ stellas esse factas q̃ ad causalitatem rerũ. Nõne cõ sideras unumquẽq planetã proprium celũ habere: & diuersis moueri motibus: & di uersis tẽporibus maiorẽ siue minorẽ efficere motũ. Quis istud negare potest⁹ & celũ stellatum nõne triplici motu mouetur: forsan fit a sole aut luna⁹ ꝑfecto nulli dubium est: ꝙ in hoc inferiori impossibile est duos homines similẽ omnino habere cõplexio

nē:quādoquidē impossibile est habere idē zenic.& per consequēs idem ascēdens habere est rationi dissonum.quare diuersas habēt figuras celestes:& propterea diuersos influxus in materiā:quare diuersas habēt cōplexiones.& per consequens differentes indiuiduorū figuras. Ergo sequitur nō tantum stellas? sed partes celi uirtutē magnā habere ad causalitatē.Nimirū si Aristoteles in libro quē de mūdo edidit: & in libro de proprietatibus elemētorum ceteros planetas preter uirtutē solis proprias uirtutes habere cecinit.Inter cetera scripsit:q̄ndo oēs planete fuerūt coadunati in signo pisciū factū est diluuiū. quando aūt coadunati sunt in signo geminorum:facta est magna mortalitas. Et i eadē per mutatio stellarū in diuersis signis super septem climata:est causa fertilitatis & sterilitatis annorū.Et idē philosophus postea ait. Orbis celestis/ nec est generabilis nec corruptibilis:sed ipse est causa generatiōis & corruptionis istorum inferiorū. Et primo metheororū.Corpora hec inferiora alationibus celestibus gubernari.Non quippe de sole & luna tantū intellexit:nemo enim ambigit solē magnam e ceteris planetis uno quoq; maiorē habere uirtutē cū tanq̄ pater hominū existat.Preterea nōne loco particulari data est bis.Asserit ebēmesue ab astris data:q̄ mediante ꝑducit̄ unū & non aliud:q̄re ait Theofrastus de hystoria plantarū libro quarto?Omnia uero suis locis meliora proueniūt:magisq; uigēt. Ergo ad causalitatē alia astra concurrunt.Insuper. Si sol tantū concurreret:sequeret̄ ꝙ calor & frigus hyeme & uere semper proportionabiliter se haberēt:quod est falsum. Si dicis luna facit has que sequūtur in mundo uariabilitates: contra luna uero ab omnibus planetis & stellis fixis uirtutem accipit.Ipsa enim uero de per se/ut omnes docti asserūt astronomi: paucā habet uirtutē.Infortunat̄ aut econtra aspectu aliorum planetarum:& si bonis applicatur stellis:bonā inde recipit uirtutē:& in corpora inferiora talē influit:qualem ab aliis recepit stellis:similis enim est cursori qui ab hyspania Romā petens?In ciuitate ꝑma itineris litteras accipit:& in alia dimittit.& alias accipit & in alia ciuitate quas acceperat:relinquit.& alias capit. & sic in aliis ciuitatibus faciens tandē Romā petit. & litteras ultime ciuitatis solum affert. Sic etiā luna est peragrando totū zodaicum mense quo libet uirtutes stellarū & signorum accipit:& certa distantia dimittit.Hec est sententia abi abenrragel ꝓclarissimi astronomi & albumazaris.Et nimirū si ptholomeus in centiloquio.uerbo.61. Inquit luna propria est corpori?propter similitudinē eius in operatione:ꝙ subaudi sicut uirtutes regūt corpus & nō econtra:sic alii planete regunt lunā:& nō luna eos.Ergo ad causalitatē rerū non parum aut nichil stelle alie concurrunt immo multū:& eis non parū aut nichil tribuendū est:immo multū. Et dixit noctes esse calidiores in plenilunio:significat tūc tēporis lunā a sole plurimā accipere uirtutē: & confirmatur inde dictū Ali de luna: ꝙ uirtutē ab aliis recipit planetis.Ad quid aureū iouē:plumbeūq; saturnum:ceruleūq; mercurium:igneūq; martem?Profecto non ad aliud q̄ ad exequēdum preceptum dei eiusq; potentiā:que duplex est absoluta uidelicet:qua omnia potest.& ordinata.sic enim sublimis deus oia ordinauit:uirtutēq; unicuiq; astro dedit.de quibus Augustnus ut dictū est: Res q̄s condidit administrat:ut proprios motus agere sinat.Preterea asserente philosophorum magno Aristotele unicuiq; experto in sua arte credendum est: sed Ptholomeus Hermes/Trimagistus ille magnus qui ante aduentū christi prenosticatus est: delubra eigpti ydolorū fore sepulchra mortuorū:& dolebat inde? Asserente Augustino: q de ciuitate dei octauo libro dixit.Non doluisset:si sciuisset hermes:delubra ydolorum fore sepulchra sanctorū. Et prenosticatus est destructionē ydolorū: & dolebat

Theofrast?.

de auis & atauis suis (q arti nigromātie operā tribuerūt) Albumazar/ Omar/ Abenazer. Bartholomeus de tres vens. Ali abenrragel. Albertus magnꝰ. Arnaldus de uillanoua gottolonus: & consiliator mugnus Auicena. Ypocras. Galienus: & aliabas Scotus: & sanctus Thomas sunt experti in astronomia. Et isti omnes dicūt stellas alias a sole magnam uim habere ad causalitatem rerū: ergo non parū aut nichil eis tribuendum est: et non ad ornatum potius esse factas. et sequitur inde. sue friuole rationis primā consequentiam esse malam. & argumētum dicis esse perpateticum: negādum est: saltem princeps peripateticorū Aristoteles ninime scripsit. & si dixerit noctes in plenilunio esse calidiores & illud uerū sit tamē cōsequētia mala est: & sequit̃.

Capitulum secundum.

Hit nimphus: nūc uero nobis satis sit uerum esse: ꝙ ptholomeus asserit libro centum anūciationum: cum inquit: ne pretermittas centum decem nouem coniūctiōes iu his enim posita est cognitio eorum: que fiūt in mūdo & generatiōis & corruptiōis & nō loquitur de ecclipsibus. propter illud quod dixit: orto iam saturno frigiditatem non sentimus &c̄. Inde habet illos non esse intense actionis hec nimphꝰ.

R ¶ Consequētia nimphi est mala. nā quāto influētia maior: tāto insensibiliter magis corpora alterat; ut patet de cōiunctiōe martis cū ioue debili existēte ioue in signo hūano: sensu tactus nō percipimꝰ in corporibus caliditatē: & intus colera & sanguis sup calefiunt: in tantū ꝙ febres sepissime accidunt: & quidē pestilenciales. ut licet uidere & legere historiografos & astronomos antiquos: canentes astrorū ui in mundo pestē accidisse. Capiēs exemplū de grupta seu expelūca: que est iuxta lacū de anyano prope puteolos regni neapolis. Si animal ingreditur: ui influētie illius aeris seu maligne exhalationis fere mortuum cito cadit: & in frigiditate aque spiritus uitales cito balneatione corporis unirentur: profecto desineret esse animal. Et putasne: ꝙ corpora superiora tantum lumine & motu agant in hec inferiora: agunt etiam influētia ipsa. Ceteri enim a sole & luna magis influētia q̄ lumine & motu in hec agūt iferiora: & propterea nimirū si orto saturno supra nostrum hemisperium frigiditatem non sentimꝰ. & sic de singulis: & orto sole caliditatē accipimꝰ. Sol enim lumie & motu cōfricatione: quia radiorum magis agit; q̄ cetere agant stelle. propterea orto sole caliditatē percipimus. Et sic de luna quando est in plenilunio. Quare ratio nimphi friuola existit. & ideo floccipendenda. & sequitur.

Capitulum tertium secundi tractatus.

ET dixit nimphus: que ratio docet martē: diluuiū futurū nō omnino tollere: sed de eius magnitudine plurimū demere: & argumētatus est naturaliter: quēadmodū in mixtura elemētaria caliditas remittit frigiditatē. &c̄. Ita mars remittet frigiditatē & humiditatem; & per consequens non erit diluuiū ita magnum.

R ¶ Ratio naturalis est in contrariū: licet ita sit in mixtis: non est ita in constellationibus ꝓcipue quādo cetera nō sunt paria: similitudo nō ualet. Certū est ꝙ in hyeme & estate scd̄m comunē cursuꝫ nature minꝰ pluit; q̄ in autūno & uere. In hyeme ꝓpter eiꝰ intensam frigiditatē poris clausis & efrigido aere: uapores nō nisi cū maiori difficultate ad in teristiciū seu regionē aeris generationi pluuie cōuenientē attrahuntur. & in estate uapores nimia caliditate in medio consumuntur; quare uidet̃ ad trahēdū uapores ad superiora cōuenientē fore martē; q ratiōe saturni ueneris & ceterorū ad hūc effectū ꝓportionatorū ingrossabunt̃. & inde pluuia maior erit. Sequitur igr̃ ꝙ si ab aliis causis seq debeat diluuiū nō remittet̃ martis ꝑntia; sed potiꝰ augebit̃. & sequit̃

Capitulum quartum.

IN quo nimphus Augustinus exarat duabus persuasionibus: diluuium uniuersale nō accidere anno millesimo quingentesimo uigesimoquarto. & prima est quā dicit aristotelē ꝓbasse: nā ingēs pluuia presupponit ingentē siccitatē. sed talis siccitas nō est: nec talem astra significāt fore ante uigesimū quartū annū a millesimo quingētesimo. Ergo diluuiū nō erit. Preterea tēpore diluuii uel post precibus ade deus pepigit cū natura: ꝙ nō amplius carnē deleret per diluuiū aque. & anteq̄ deleret: signa dedit: ꝙ p quadraginta annos nō uideret̄ arcus: anteq̄ cōflagratio/hoc est diluuiū ignis esset. Itaq; dedit arcū ut a diluuio minime timerem⁹: & futurā cōflagrationē eius pre uisiōe significaret. Ergo diluuiū uniuersale minime erit: quoniā deus cū natura pepigit hec sententialiter scripsit in illo quarto capitulo nimphus.

¶ Dictis in q̄rto capl'o rationibus: aut persuasionibus. Respondet̄ primo ad rationē naturalē: maior licet sit contingēs: non est necessaria. Possibile enī est: ui astrorū materia existente disposita in aliquo loco in paucis diebus: immo in paucis horis uapores sursum eleuari: & cōuerti in pluuiā: & particulare diluuiū causari: Sepissime uidet̄ sensui nō apparētibus in aere nubibus: in certis horis uapores eleuari: ad debitā regionē: & pluuiā magnā generare: quare illa maior nō est necessaria sed cōtingens. Igitur ratio niphi augustini minime concludit. Ad persuasionē illā q̄ dixit deū pepegisse cū natura: ꝙ amplius non faceret diluuiū. Nichil cōtra dicta autoris ephemeridis. Ipse enī nō dixit diluuiū accidere uniuersale. Verba enī que scripsit in principipio ephemeridis anni millesemi qngentesimi uigesimi q̄rti: hec sunt. Hoc anno nec solis nec lune eclipsim cōspicabimur: sed presenti anno errātium syderum habitudines miratu dignissime accident. In mense enim februario uiginti coniunctiones cum minime mediocres tū magne accident: quarū sexdecim signum aqueum possidebunt. quarū uniuerso fere orbi climatibus / regnis prouīciis/ statibus/ dignitatibus/brutis beluis marinis/cunctisq; terre nascentibus indubitatam mutationem uariationem ac alterationem significabunt. Talem profecto: qualem a pluribus seculis ab historiographis: aut natu maioribus uix ꝑcepim⁹. Leuate igr̄ uiri christianissimi capita ur̄a ex istis igit̄ uerbis patet ꝙ nō scripsit ea que niphus imponit: & si dixisset: prius dixerat fere: que nō permittit actum uerbi. Et si nimphus imposterum dixit sufficit michi: quoniam dixit indubitatam mutationem uariationem ac alterationem. dicitur ad hoc ꝙ li /ac sumitur pro uel; & satis patientur mutationem si ex complexione uel statu mutētur. seu & sufficit ꝙ patient̄ alterationē. & sequit̄.

Capitulum quītū.

IN quo ōndit possibile fieri diluuiū particulare: & in toto capl'o nichil cōtradicta ephemeridis: ephemerides enī nō est autor: sed mot⁹ ad certū tp̄s calculatū. ipse enī autor nō dixit diluuiū sequi uniuersale nec etiā de particulari locutus est. Quare mirandū est de nimphi augustini falsa impositione. Amicus plato: sed magis amica ueritas. & sequitur nimphus.

Capitulum sextum.

IN quo dixit pro uera futuri diluuii reprobatione: primo accipiamus suppositiones quasdā. Iste nimphus nichil probat cōtra autorē ephemeridis: uerbosus est: pauca pluribus comprehendit uerbis. & sequitur nimphus.

Capitulum septimum.

IN quo scripsit primā suppositionē: & est ꝙ diluuiū capit̄ cōmuniter & proprie. cōmuniter est excessus imbrium: & etiā pro conflagratione ignis: & unūquodq; potest esse uinersale & particulare. & sequit̄.

Capitulum octauum.

IN quo autoritatib9 probat diluuiū uniuersale & particulare pterisse: & cōflagratio particularis aliquādo fuit: nondū quippe uniuersalis. Et dixit autoritate Platonis. In timeo conflagrationē asserere uidetur propter solis & stellarum exorbitationes. Tertia suppositio mundi eternitate supposita particulares inundationes infinite fuerūt: infinite quoqꝫ conflagrationes eternitate mūdi negata. Plures inundationes ac conflagrationes esse consentaneū est rationi. Ex dictis Platonis in .8. caplo sequitur. Stellas alias a sole & luna uirtutē habere ad causalitatē rerū: & nō parū aut nichil eis esse tribuendū immo multū: & nō potius esse factas ad ornatum. Et sequitur.

Capitulum nonum.

IN hoc capitulo sibi ipsi contradicit: & inde ex suis dictis in eū concluditur: ꝙ nō parū aut nichil ceteris stellis a sole & luna tribuendū est. Et ꝙ nō potius ad ornatū esse factas: ut asserit ipsius nimphi secunda conclusio eius secūdi libri caplo pmo. Ait enim in hoc nono caplo: nam aquosum & aridū referri possunt: aut ad solis motum: aut ad ceterarū stellaruꝫ motiones que cū sole fiunt. Siquidem ad solis motum referantur: cum ille sit equalis semper: eqlia semp erūt aquosum & aridū: quippe quātum sol accessu imminuit: tantū recessu ad auget. Si autē ad ceteras stellas referant: cū ille & ad se/& ad solē uariis rationibus configurari possint: fit ut altero tēpore aquosum arescant: altero uero ad augeant. Ex dictis ipsius igit infertur/ꝙ ceteris stellis nō parū aut nichil tribuendū est: nec solū ad ornatū ipsas esse factas. Et in hoc caplo dicit peripateticos affirmare mundū esse ab eterno. Et in eodē dixit infra secūdū peripateticos mundus est perpetuus. Primo principiū negauit: cū eternitas sit interminabilis uite tota simul & perfecta possessio: perpetua quidē altero termino carent: habent principiū & nō finē: & sunt eua itaqꝫ nimphus principiū habuisse mundū negauit. Et idem in eodē caplo initiū affirmauit philosophus/quidē primā causam testificat9 est: loquendo de causis naturalibus/mūdus ab eterno est. Sic uidelicet ꝙ nō est dāda causa naturalis qua produci posset. Et sic philosophus intellexit: & nō negauit primā esse causam: a qua omnia pcedūt quā in libro de causis Aristoteles dixit esse inenarrabilē. Sexta enim propositione seu caplo de causis inquit causa prima superior narratione est: & nō deficiūt lingue a narratiōe esse eius: nisi propter narrationē esse ipsi9. Qm ipsa est supra omnē causam: & nō narratur nisi per causas secūdas: que illuminabit a lumine cause pme/ꝙ est. quoniā causa pma nō cessat illuminare causatū suū: & ipsa non illuminabit a lumine alio. Quoniā ipsa est lumē purū supra qd nō est aliud lumē: cuius deficit narratio: & nō est ita: nisi ꝙ supra ipsam non est causa per quā cognoscat: & psequit Aristoteles. Causa prima est super omnes res: quoniam est causa eis: pter id ergo fit qm ipsa nō cadit sub sensu/& meditatione/ & cogitatione/ & intelligētia/nec loquela. Nō est ergo narrabilis: & prosequit in eodē de causis. Est enim causa prima supra res intelligibiles sempiternas/& sup res destructibiles: quare nō cadit supra eam sensus/nec meditatio/nec cogitatio/nec intelligētia: hoc est non intelligitur. Et dixit sempiternas pter mūdū quē dixerat fore ab eterno: modo scilicet exposito. Et alia ratiōe etiā dixerūt philosophi/ mūdū precipue cœlū fore eternū: cū nō sit corruptibile: nam corruptio est transmutatio ab esse p actionē & passionem cōtrariarū qualitatū alterātiū subiectū remanēte materia eadeꝫ: nō sub esse & nō esse ipsi9 forme: quā trāsmutationē cœlū nō patitur. Et pterea philosophi dixerūt/mundum puta cœlū fore eternū: nil aliud intelligentes per eternitatē illā/nisi in transmutabilita

Nota ꝺ eternitate mūdi quomodo intelligatur.

tem secundum formas substantiales & accidentales / causatam ex priuatione contrariarum qualitatum agentium & patientium in eo. Etsi bene perpendis quot modis a doctoribus etiam sanctis capitur eternitas/uidebis ꝙ cœlo competit/ eapropter nota ꝙ eternitas altero triū modorum capi poteſt.s.cōmuni fine ꝑprie & propriiſſime. Eternitas cōmuniſſime eſt menſura excellens euum & tempus/ & iſto modo omnia includūtur in eternitate. Et propterea non ſequitur ꝙ ſint eterna/nec ꝙ ſint in eternitate. Nam ſi aliquid eſſet in eternitate/eſſent angeli qui ſecundum eſſe ſuum naturale ſunt in euo/ſed quia contemplando participant uitam eternā/ſunt in eternitate. Eternitas proprie eſt non per participationem eterni/ſed ſecundum ꝙ dicitur aliquid eternum per conuenientiam remotam/alicuius proprietatis cū eterno: & iſto modo euiterna dicuntur eterna. Et dixit Albertus/& etiam temporalia indeficientia:& iſto modo mundus eſt eternus:& Boecius libro de Trinitate/ hec tēporalia indeficientia quodam nunc curente eterno menſurantur/ait enim ipſe nunc curens tempus ſempiternū facit. Et philoſophus iſto modo dixit: mundum fore eternum tertio modo ſumitur eternitas propriiſſime/quequidem ſoli deo pertinet. Et hec eſt interminabilis uite tota ſimul & perfecta poſſeſſio:& iſto modo ſolus deus eſt eternus / & ipſe ſolus eſt in eternitate:& iſto modo eternitas nil aliud eſt q̄ nunc ſimplex atq; conſiſtens/& innarrabile/& indeficiens totum ſimul utroq; termino carens. Ex dictis infertur hec diuiſio de numero entiū:quedā ſunt eterna:& in eternitate/& ipſa eternitas ut deus.

¶ Alia ſunt eterna/& in eternitate: & non ipſa eternitas ut angeli quedam uero ſunt eterna/que nec ſunt in eternitate:nec ipſa eternitas ut cœlum & omnia icorruptibilia quedam autem nec ſunt eterna/nec in eternitate/nec ipſa eternitas: ſed claudūtur eternitate ut alia entia. Et ſequitur.

¶ Capitulum.x.

IN hoc capitulo replicat ſuppoſitionem quartam. Et nichil contra autorem ephemeridis.

¶ Capitulum.xi.

IN quo ait Ariſtoteles igitur uerus nature interpres celeſtes cauſas deſpiciens/ & naturales ſolum rimat⁹ eſt. Et in eodem capitulo ait autoritate Alberti magni uiri preclariſſimi / & philoſophi ſingulariſſimi : & cum ſtellis tam fixis q̄ erraticis aquā augentibus quales de fixis ſunt ille quattuor ſtelle que ſunt iuxta aque effuſorem aut pleiades/cum enim he cauſe ſunt:mare creſcēti.

¶ Ex prolatis in undecimo capitulo habetur nimphi concluſiones primam & ſecundam eſſe falſas: ergo ſequitur ꝙ ſtelle tam fixe q̄ erratice ad cauſalitatē rerum uim habere:& non tantum ad ornatum fuiſſe factas. Dixit enim cum ſtellis tam fixis q̄ erraticis aquam augētibus:& eſt capitulum quinte ſuppoſitionis. Animaduerte de cetero qualiter & quomodo loqueris/& ſi ſcripſeris; ſcribito uerum & a reꝑhenſione immunis eris. Et ſequitur. R

¶ Capitulum.xii.

IN hoc capitulo ponit ſextam ſuppoſitionem & dixit/qd̄ uniuerſale diluuium licet ſecundis cauſis non ſubſit: illis ſubeſſe poteſt uirtute dei ſic prouidētis atq; ordinantis. Et argumentatus eſt contra primam partem ſuppoſitionis rationibus ſcilicet Alberti/& Albumaſaris in de magnis coniunctionibus uolentium uniuerſale diluuium poſſe accidere:& illud uirtute magnarum cōiunctionum in ſignis & aſpectibus debitis.&c. Idem nimphus ad Albumaſarem / & ad Albertum uolentes aliq̄ ſtellarum uim eſſe uniuerſalem aque productiuam reſpōdit & ait: quia licet detur aliqua tota uis improducendo aquas illa in uniuerſa terra/equalis eſſe non poterit: ſed ſolū eas regiones proſpectabit que ſigno concordatur/ in quo accidit: & eidem diametro

atq; quadrangulis. ¶ In eodē capitulo prosequeris respōdendo rationibus in oppositum tue friuole opinionis dixisti. Non enim sole accedente ad antipodes equale fit apud nos/ & illos diluuiū sicut nec econtra. Habēt enim illi stellas alias/ alias stellarū partitiones/ & demum aliam astronomiam. O nimphe concedis igitur in hoc. xii. capitulo/ non solum stellas preter solem & lunam uim causalitatis habere/ sed etiā signa ipsa que ꝓprie none sphere sunt atributa: in ipsa enim uero nona sphera maxima uis a summo creatore data extitit. Influit quippe in octauam: & maiorem inde uirtutem quam habent stelle firmamenti capiūt. Non igitur uera sunt que scripsisti: scilicet parum aut nichil ceteris stellis preter solem & lunam tribuēdum est. Et ipsas factas esse poti⁹ ad ornatum q̄ ad causalitatem rerum. Miror quippe de maxima fatuitate a te in eodē capitulo scripta. Dixisti. Non enim sole accedente ad antipodes equale fit apud nos/ & illos diluuium sicut nec e contra habent enim illi stellas alias: alias stellarū partitiones/ & demum aliam astronomiam. O reprehensibilis fatuitas. Aliā dicis astronomiam: si aliam habent astronomiam/ ergo sequitur ꝙ habent aliud cœlum: & per consequens antipodes sunt extra hunc mundum. Et sequitur inde per consequēs nō est tantum unus mundus: Consequētia probatur nam per omnes philosophos tam antiquos q̄ modernos/ & methaphisicos: scientia dicitur una ab unitate subiecti. Huius nostre astronomie cœlum/ hoc est proprium eius subiectum igitur. &c̄. Animaduerte nam eius positio non solum dissona est: sed heretica/ licet deus plures posset facere mundos: hucusq; non fecit alium. Et dixisti habent alias stellas/ alias stellarū partitiones: quare dicantur antipodes non te fugit: antipodes dicuntur ab anti ꝙ est contra/ quasi uiri existentes contra pedes nostros: idest in fine diametri procedētie ab hac nostra in qua existimus terra/ transeuntis per centrum usq; ascendendo ad aliam partem superficiei terre/ in qua homines uiuunt. Isti quippe sub iisdem circulis paralellis incolunt: & per consequens in minori tempore q̄ uiginti quattuor horarum/ omnes quas uident stellas: & super eorum capita transeunt: etiam eas uidemus/ & super Zenich capitum nostrorum trāsire uidentur: & de facto transeunt. Latitudinem quam habemus & ipsi habent: nam aliter tota machina disproportionaretur. Et quādo in mundo contrarium accidisset: nō immerito dicere possemus uerba similia que in hora passionis christi Iesu saluatoris nostri/ sanctus Dionisius dixit. Aut de⁹ nature patitur/ aut tota machina mundi destruetur. Sequitur ergo fatuam Augustini opinionem esse merito reprehendendam.

¶ Capitulum. xiij.

Nichil reprehensione dignum scripsit in eo quin posset ab eo defendi/ & loquitur de conflagratione prouintiali/ & de causis illius: & non omnimode alie eni possint assignari cause.

¶ Capitulum. xiiij.

IN hoc capitulo de conflagratione uniuersali loquens opinionem Alberti affert dicentis: possibile fieri a causis secundis conflagrationem uniuersalem: quam postea in eodem capitulo vult reprobare friuolis rationibus: ut a docto erit licet uidere. Nam conflagratio uniuersalis/ aut erit a potentia ordinata: aut absoluta. Si a potētia absoluta/ determinabit ipse deus quādo uoluerit. Si uero a potētia ordinata/ iam quidē ab eo determinatū est. Sic enim sublimi deus res condidit/ ordinauitq; ut sua moueant̄ uolūtate quēadmodū instituit. Atq; reb⁹ uirtutē intulit: celis stellis tā erraticis q̄ fixis talē tribuit uim. Vt ea que futura ꝑsciuit: potētia ordinata signarent: & tempore debito quēadmodū deus scit euenirent. Et sic possibile est scienti perfectissime astro-

nomiam cōflagrationem futuram etiam uniuersalem determinato tempore predicere. Et nimirum si Scotus secundo sententiarū distinctione decima quarta litteris sic scripsit. Sed dices. Ex quo habent talem causalitatē stelle & orbes super inferiora que quidem causalitas est determinata & necessaria: quare non indicāt determinate astrologi de effectibus eorum. Prosequit Scotus. Dico ꝙ causa huius est/ quia non sciūt perfecte qualitates/& uirtutes cœlorum/ & stellarum concurrētium ad talem effectū: quas si cognoscerent possent de his iudicare: deus enim potentissimus si mediantibꝰ secundis causis effectū producere potest/ illis utitur tanq̄ instrumētis: potentia enim ipsius maior tunc temporis ostenditur: ut experientia comprobauit tempore. Helie profete: qui precibus uiri sancti condescendendo uoluit ut plueret. Anteq̄ plueret: uapores eleuarentur ad debitam aeris regionem: quibus ingrossatis & in aquam cōuersis pluit. Et quando in Hierusalem curauit cecum/ nōne poterat curare absq̄ luto illo diuinitus facto: sic profecto. Verū sic uoluit facere & luto talem ingessit uim & aque itidem quibus rebus mediantibus cecus uisum recuperauit. Et luto & aque talem tribuit uirtutem secundum rationes obedientiales & non seminales/ iuxta sanctorū doctorū sentencias. Ex dictis in hoc capitulo patet: eo quia conflagratio uniuersalis mediantibꝰ secūdis causis esse potest: ꝙ potētia ordinata ipsis mediantibus efficietur. Nam tunc temporis hominibus dei potentia maior ostendetur. Et ex dictis etiam patet ꝙ aliis stellis non parum aut nichil esse tribuendum immo multum: & non esse factas potius ad ornatum. Et sequitur.

❡ Capitulum. xv.

NOn fugit omnimodam reprehēsionem. Non ueretur dicere hec que sequunt. scilȝ patet ex his que diximus nam planetarum coniunctio imbecilla est habēda/ si non fuerit uirtute eclipsis roborata. Hec nimphus. Preterea nimphus subsequitur. Cum igitur lumina primarie cause sunt: cetere stelle secundarie: cetere stelle profecto agere non poterūt aliqd/ nec magni/ nec parui. ❡ Si uera profert nimphus hec sequentur anno uidelicet uigesimo quarto/ nulla aut imbecilliora animantibus accidēt incōmoda. Quandoquidē illo anno non cōspicabimur eclipsim aliquā/ nec solis aut lune. Et si dixerit ꝙ eclipsis lune uigesima quinta Augusti a. M. D. xxiii. efficietur in signo Piscium uigorabit coniunctiones &c̄. Vanū est illud dicere tum quia non efficitur in hora reuolutionis anni/ nec alicuius quadre/ cum etiam quia effectus eclipsis lune sic se habet: ꝙ si duratio eclipsis est unius hore/ mense labesit. Et si duabꝰ horis/ duobus mensibus. Et sic de singulis. Solis autē eclipsi pro duratione hore annus tribuitur. Hec est sententia Albumasaris in libro experimentorum/ & cum duratio eclipsis lune que accidet in Augusto anni. M. D. xxiii. non durabit plus spatio duarū horarum. Nec illis completis: effectus ipsius non attinget conuentum cōiunctionum in Piscibus anni. xxiiii. in mense Februarii. Et cum illo anno & diuturniore tempore maiora euenient in mundo q̄ a pluribus seculis uisum fuerit: dicendum est uim coniunctionum nō esse imbecillam precipue illarum que fuerint ponderosorum planetarum ingrediente sole primum minutum Arietis. He enim coniunctiones potissimam uim habent in hec inferiora afferente Hermete/ & Albumasare/ & aliis. Quare uanum est dictum nimphi & friuolum ad modum dicēdo in hoc capitulo cetere stelle profecto agere non poterunt aliquid/ nec magni/ nec parui. Et quia iam conclusum est contra eum in aliis capitulis: in presentiarum breuitati indulgens dimittatur tanq̄ sibi contradicens. Et sequitur.

¶Capitulum.xvi.

IN hoc capitulo vult concludere eo ꝙ Mars : & sol erunt semper cum aliis cōiun=
ctionibus:ergo aut diluuium penitus e medio tollent : aut paruum imbrium ex=
cessum permittent.¶ O nimphe q̄propter apta fronte dicis in hoc decimo sexto capi
tulo eo ꝙ Mars & sol erūt semp cū aliis cōiūctionibꝰ. &c̄.Nōne uerū est triū superio
rum coniunctiones quinta Februarii anni.M.D.xxiiii.fore in decimo gradu Pisciū:
& solem uigesimum sextum Aquarii gradum peragraturum. O locutio uoluntaria.
Distat enim uero sol a loco superiorū triū uera coniunctione / quattuordecim gradi-
bus.Liquet ꝑfecto nō esse cū eis.Et si dicis:uigesima prima ipsius Februarii sol iun-
ctus erit Saturno diametraliter/& iūctus Ioui distantia duorū graduū: & ꝙ parū di
stat:asserēte philosopho nichil distare uidet̄: & isti duo pōderosi planete iūcti esse ui
dent̄:& sol cū eis est:ergo dicet nimphꝰ uerū ē qd̄ scripsi:scilicet eo ꝙ Mars & sol erūt
semp cū aliis cōiūctionibꝰ.&c̄.Cōsequētia est mala & māifeste nichil ualet / quoniā
Mars illa die scilꝫ uigesima ꝑma Februarii/minime ꝑdictis iunctꝰ fuerit planetis:erit
enim Saturnꝰ & sol in duodecimo gradu Pisciū illa die : & Mars in uigesimo tertio.
Ergo bene sequit̄:ꝙ Mars & sol nō erūt semp cū aliis cōiūctionibꝰ scilꝫ planetarum.
Et cū he cōiūctiones in signo Pisciū future sint: & superiꝰ dixerit nimphꝰ nil aliud si
gnificēt q̄ pluuiā & imbres;sequeret̄ si uera ꝑferret : ꝙ anno.M.D.xxiiii.in hoc infe=
riori mūdo minime detrimēta animātibꝰ essent futura. Etsi detrimēta acciderēt:essēt
ratiōe parui excessus imbriū: qd̄ experientia illo in anno:ni deus auertat:aliter patefa
ciet.Et licet ita fuerit:quēadmodū nimphus dixit:in hoc capitulo.xvi.nichil contra au
ctorē ephemeridis:nā ex suis uerbis non elicit̄ diluuiū sequi:quāuis dixerit talē ꝑfecto
alteratiōnē ex cōuentu illo ꝑmitti: qualē a pluribus seculis ab historiographis aut na=
tu maioribus uix percepimus.Et an illa ratione cōcludat nimphꝰ;uidelicet Marte pre=
sente diminuetur:aut penitus tolletur.Incontrarium superius argutum est: & conclu
sum:ꝙ potius in tali figura augebitur pluuia ui Martis:q̄ diminuetur. Simul cum su
perioribus dictis in aliis capitulis habetur : ꝙ nō parum aut nichil ceteris stellis preter
solem & lunam tribuēdum est immo multum . Cum ad causalitatem rerum magnā
uim habent:& ideo non tantum ad ornatum fuisse factas.Nec eis parū aut nichil tri=
buendum est;nec aliquid parui agere posse.Immo aliquid multi.Et sequitur.

¶Capitulum.xvii.

IN quo ad argumenta que ipse nimphus in fauorem astronomorum fecit:respō-
dit.Dicendo ꝙ licet diluuium sit maximus effectus: coniunctio stellarum nō est
maxima causa/nisi adiuta a coniunctione solis aut lune. Ad autoritatem illorum qui
dicunt coniunctiones Saturni & Iouis in signis aqueis significare aquas : intelligēda
est:si Marte uel sole non impediantur.Hec nimphus.

¶Si replicare intenderem contra solutiones in capitulo.xvii.exhibitas: multiplicarē
uerba ex dictis enim eis responsum extitit. Et rationes uigorate remanent. Et patet
apertissime illas conclusiones esse falsas: quas sepe replicauimus scilicet ꝙ ceteris stel=
lis preter solem & lunam parum aut inchil tribuendum est. Et ꝙ ad ornatum potius
stellas esse factas q̄ ad causalitatem rerum : Et consequentiam illam primam esse ma-
lam.Et sequitur.

¶Capitulum.xviii.secundi tractatus:in quo continetur indutio ad scribendum.

NImphe ne mireris:si
in hosce libros tuos scripserim:quādoquidē in ipsis legēti uidet̄ totā destruere
astrologiā penitus qd̄ nō liceat a tāto uiro.Et q̄uis ille Picus de mirādula forsam ad hec

faciē dū te induxerit : debuiſſes parce precor: potius ueritati adherere q̄ amico. Qum illud preceptum fuerit magni philoſophi. Quem tu magnifice uir tanq̄ patrem habes Et non parum minus miratus ſum: qum preclarum illum philoſophum & theologum magnum Albertum reprehendere uoluiſti rationibus illis: quas oro: mente tua reuolue. Et uidebis ipſum a uia ueritatis non deuiaſſe: & ſi dubitas: capitulum decimū quartum iſtius ſecundi tractatus legas obſecro. Et ni proter uire uelis; quod tanto uiro non licet: Percipies Albertum uerū proferentem. Parcas: & bene uale. Et ſequit̃.

¶ Tractatus tertius.

IN tertio libro nimphus nititur prognoſticare effectus prouenientes uniuerſo anno uigeſimo quarto a milleſimo quingenteſimo. Et certum modum prognoſticandi expertis in aſtronomia contrarium ſaltem diminutum affert: & piget me; quandoquidem dixit eſſe Ptolomei. Nōne uerecundatur Ptolomeum facere in arte diminutum? Nō dico ꝙ ipſe dixerit Ptolomeū eſſe in arte diminutum : ſed dico ꝙ in ſua prognoſticatione ipſe diminute loquitur; & non artificioſe ſicut Ptolomeus loquatur : & dixit illum modum prognoſticandi fore Ptolomei. Nōne Ptolomeus/ Albumaſar/ Ali/ Abenragel/ Homar/ Bartholomeus de tres uens/ Abenazer/ & Trimegiſtus ille maximus aſtronomus Hermes loquentes de reuolutionibus annorum fundamentum potiſſimum accipiunt a figura cœli / ingrediente ſole primum minutum Arietis : & ſi ſignum aſcendens horoſcopum fuerit fixum: Illa contentantur figura. Non ſpernendo figuram preuentionalē. Et ſi ſignum fuerit cōmune: duas erigunt cœli figuras; ſcilicet hanc quam diximus: & illam: que efficitur ſole ingrediente primum minutum libre. Et ſi ſignum eſt mobile quatuor uolunt formentur figure: ſcilicet quas diximus duas & alteras: ſcilicet ingrediente ſole in ſolſticiis: ſcilicet in principio Cancri/ & Capricorni : q̄uis ſolſticium eſſe ante uel poſt: ſit poſſibile. Vt in de octaue Sphere tractatu licet uidere. Non ſpernendo figuras cœli coniunctionum planetarum ſuperiorum ſique fuerint; & figuras eclipſium ſique contigerint: & pro ſtatu nobilium: cœli figuram ingrediente ſole primum minutum Sagittarii. Et pro pluuiis corruſcationibus & tronitruis figuram cœli ingrediēte ſole uigeſimum gradum & primum minutum Scorpionis. Et loca planetarum: & eorum diſpoſitiōes & aſpectus inter ſe/ & ad ſigna/ & partem fortune regni: & pecuniarum/ & uirtutes domorum : que domus partes cœli ſunt / & ſtellas fixas/ & cetera alia ac motum cœli ſtellati: ꝙ firmamentum dicitur/ & ipſius none ſphere; a qua octaua plurimam recipit uirtutem. Et non eſt hoc ultimum paruifaciēdum: quandoquidem ſimilia in mundo poſt noeticum diluuium non perceperunt priores: qualia ui motus retrogradationis octaue Sphere ſequentur. Et erit quando mouebitur ab aquilone ad auſtrum : & incipiet moueri uerſus auſtrum ſupra principia Arietis & Libre: que motus trepidationis dicitur. A creatione mundi poſtq̄ compleuerit ſeptem millia annos: Tunc temporis erunt in mūdo maiora & diuerſa; q̄ in hoc ſeculo a prioribus fuerint uiſa/ nec ſcripta: mutabuntur ſtatus: deſtruentur regna & climata. Occiſiones fere infinite: quemadmodum ſuis motibus omnes ſtelle firmamēti mutabuntur/ & retrogradationem patientur. ꝙ nondum in hoc ſeculo uiſum eſt/ ab Adam hucuſqꝫ ſic etiam in mundo ſequentur: que forſam ſimilia in mundo non fuerunt ſecuta occiſiones/ monſtra/ detrimenta: & ſequitur tunc temporis quod a Sibylla Cymea Vergilio referente in egloga ſcriptum eſt.

Alter erit tum thiphis:& altera que uehat argo
Delectos heroes:erunt etiam altera bella:
Atqꝫ iterum ad troiam magnus mittetur Achilles.

¶ Historia eorum que gesta fuere in Hispania vlteriori tempore. Quo vulgus cõmunitatem optabat.

Deus tamen omnipotens effectus malos suspendere digneť: Sydera enim sine ipso nichil possunt:cum corpora inferiora per superiora mutare/obscura illustrare/tenebrosa illuminare/ dubia declarare/ futura demõstrare/ res in esse conseruare/ipsius solius sit qui est inenarrabilis:& utiqꝫ de⁹ nature sine quo nichil factum est. Et a quo procedunt omnia: quo mediante opusculũ istud Thome Rocha gottolani/ Tarraconensis plage oriundi Gerũde populati completum est in oppido de Tor de Sillas:anno. M.D.xxi. die uero quĩto post prelium de Villalar iuxta Tor de Sillas:quod equidem illustrissimorum uirorum: uidelicet dñi Federici Enrriquez de Cabrera/ Hispanie magni Admirantis/ & de Modica comittis excellentis gubernatorisqꝫ:& magni Comestabilis itidem gubernatoris robore teloacis consilio fracti/uiqꝫ repulsi fuerunt regis ac militum inimici. Existẽtibus illustrib⁹ uiris uidelicet Duce Metine cœli/& Comite Benauẽti/ac Marchione de astorga Comite de Haro capitaneo generali/ac ceteris magnatibus ibidẽ presentibus multisqꝫ nobilibus. Admirans quippe cum Duce Metine cœli peditum septem millia ordinatam aciem primi quidem inuaserunt. Magnus Comestabilis ceteros ortabatur: & animo uirili pericula ut ceteri magnates aggrediebať. Signi Tauri decimum septimum gradum sole peragrante.

¶ Verum enim uero dñs Ferdinandus Enrriquez illustrissimis/ ac magnanim⁹ prefati magni Admirãtis germanus/cũ septẽ centũ militibus/multisqꝫ peditibus inimicorũ uires prius cõquassarat:noctu dieqꝫ ipsos aggrediẽdo.ꝗ plurimos capiẽdo:multosqꝫ interficiendo/precipue quos Ioãnes ille de Padilla audaces a Toleto secum tulerat. In quibus apud inimicos spes maior preliandi inerat.

¶ Et de dño Alfõso Enrriquez de Osma/ Epo pfati magni Admirãtis germão qd pferã:apud oppidũ Metine de Riuosicco/hisce tpib⁹ ꝓ seruicio regis assidue stetit:in quo oppido spes uictorie regis ac militũ sita erat. Ipse quidẽ reuerẽdissim⁹ ac illustris ipsius bona cõsumẽdo tyronibus peditibus militibusqꝫ tribuẽdo/ uigilãdo & ubi oportebat:ut miles strenu⁹ ac magnanim⁹ inimicos aggrediẽdo:tẽp⁹ om̃e cõtriuit. Donec Ioãnes ille de Padilla ui ac ingenio magnorũ gubernatorũ interẽptus est.

¶ Admirãs itaqꝫ ut omniũ iudicio cõprobať spõte sua que in Castella possidet ꝓ regis seruicio/in dubio posuit: quãdoqdẽ dũ Cesar rex nr̃ carol⁹ potẽtissim⁹ barchinã ciuitatẽ magnanimã/simulqꝫ pclarã relinquẽs:& iter apud Cõpostellã/ & tandẽ classem ascendẽs/& germaniã petens/Magnus ipse Admirans cum Comitissa eius consorte eorum uice Comitat⁹ de Cabrera ac de Bas/ infra principatu gottolonie existẽtes petierũt. Ac eorum Maritimam regionem aere temperatam aquis optimis fructibus/auibus/piscibus/quadrupedib⁹/& reliquis uite humane necessariis totius Hispanie/ac etiam Europe precipuis arboribus etiam preclaris abundantem: in qua homines naturaliter diutius uiuunt(experientia hoc enim cõprobať)ut eorũ uite terminum minori labore cõplerent elegerũt. Istis temporibus Hispanorũ maior pars animaduertens eorum principem quem sincero amore diligebant: ipsos deserere:& ui-

duá uiro orbatá magná relinquere hiberiá:ut insani ac amẽtes inceperunt a recto egre di tramite:& multa incõuenientia facere: & uno inconuenienti dato asserẽte philoso pho/mlta sequenẽ:ductoribus quibusdá militibus nõ de maioribus:& si eorũ precis pere/maiores ipsos constituebát:inde latrocinia/incẽdia/ mortes irreparabiles successerunt.Itaqꝫ cõmotio hec nomen rebellionis sortita est.

¶ Admirás iste dñm Henrricum enrriqueꝫ prouincie Gallicie adelantatum eius ger manũ:eorũ que possidet in Castella:gubernatoré creauerat. Et cũ in malis crescendo eorũ uires sepe augenẽ. Capitanei ipsius cõmũitatis reuerẽdũ ac Illustré dñm Adrianũ:Tituli sanctorũ Ioánis & pauli/Cardinalé Dertusensem: q Rex ipsuꝫ Hispanie ulterioris gubernatoré fecerat dignissimũ:sua gubernatione deponũt.Et quosdá regios/cõsiliarios capiũt. Cardinalis ipse Reuerẽdissim⁹ simulata ueste. Cũ quibusdá regiis/cõsiliariis abiit.Metiná de Riuo sicco opidũ admirátis petẽs:gratulanter gaudio simul ac leticia a predicto Adelátato recipiẽ.Cetera qdé opida aditũ abnegát.

¶ Et ut eius Reuerẽdissima ac Illustrissima psona a peste ductorũ cõmunitatis preseruareẽ:Adelátatus ipse magni Admirátis equites armatos apud Metiná ipsam coa dunauit.Et tũc tẽporis de eius cõsanguineis & amicis/ qui magnũ Admiranté inter eos precipunm ac maiorem reputabát: propter eius domus dignitatem/ ac sui ipsius uirtutem illuc conuenerunt.

¶ Dũ predicta apud Castellá agerenẽ : Admirás magnus apud suos uice Cõmittat⁹ de Cabrera & de Bas morabaẽ:& intelligẽs qualia & quáta apud Castellá mala ppetrarenẽ:& q̃uis regis fuerit intimus seruitor/uerũtamẽ dulcis amor patrie/quẽ pre ceteris ulterioris hispanie uiris erga regnũ ferebat: & rem publicá hispaná re ac uoce augere optabat. Cũ Illustri Cõmitissa huc accedere destinauit : ut inter regẽ ac regnũ se interponeret.Et anteq̃ iter uersus Castellá arripuisset.Gesar ipse Rex ad perscriptum Admiranté nũcio litteras tribuit : quibus pcipiebat Admiranté Hispanie ulterioris gubernationẽ/una cũ magno Comestabili & Cardinali Dertusensi acciperet: & Ca stellam peteret:quam Admirans ipse animo libenti minime acceptauit:quandoquidem ad Hispaniam gubernandam animus eius non inclinabatur . Et sic Castellam absqꝫ gubernandi domino apulit.

¶ Prius enim uero ad regni procuratores q̃ plures scripsit epistolas:|eos docẽdo qua liter circa hoc arduũ negociũ pro regni ac regis cõmoditate simul & honore haberen tur:ac procederẽt. Et iter uersus Castellá agẽdo ad ulterioris Hispanie procuratores: & ad precipuas totius regni ciuitates litteras sepissime mádabat: quas si Cicero uiueret:materno sermone elegátiores minime ederet:sentẽciis philosophorum imbutas.

¶ Tandẽ decima quinta Nouẽbris anni proxime lapsi. Metiná apulit.In qua a Car dinali Reuerẽdissimo/una cũ magnatibus ibidẽ presentibus/ qui desiderio non paruo eũ expectabát multo cũ honore recipiẽ.Et die decimo nono eiusdẽ mẽsis eius uillá seu Castrũ Turris de Lobatõ/sitá circa Tor de Sillas: ubi regni procuratores qui iun cta uoluerũt appellareẽ:sedebát.Ac reginá potẽtissimá karoli Cesaris matrẽ/ sub dicione quodámodo ui tenebát . Et a manibus Illustrissimis Marchionis de Denia (cui Cesar ipse ab Hispania recedendo inseruiendi & custodiendi commiserat : simulqꝫ preceperat)adimerunt.

¶ Admirás ipse hinc cũ regni procuratoribus que ei opportuna regno uidebanẽ:tractabat. Multa preclara insignia regnoqꝫ cõducibilia omnia fere promittebat. Et loco gratiori actiones preceperunt inuito magno dño Petro Girõ eorũ exercitus/Metiná

de Riuosicco predictam Admirātis oppidum obsidere: huius exercitus ductores precipui erant domin⁹ Petrus strenuissim⁹ ille Gyron / & Episcopus Zamorēsis / & dominus Petrus Lasso / & dominus Ferdinandus de Vlloa / & cōmunitatis ipsius Capitanei quidam alii: & Episcopus Zamorensis uillam braximam oppidū Admirantis iuxta Metinam situm / preter uoluntatem magnifici Petri Giron ingreditur: & inde mala que poterat perpetrabat. Et dum illic moraretur Illustrissim⁹ Comes de Haro / Capitaneus generalis: & diuus Ioannes Manrrique₃ puer annorum quindecim / animo tamen uirili uigens / cum multis militibus peditibusq₃ ac belli machinis in fauorem regis / ac magni Admirantis adueniunt.

¶ Et profecto istis temporibus magnates ipsius cōmunitatis exercitum / non tantū debellare uerum etiam delere potuissent: sed Admirans ipse animaduertēs rectis persuasionibus ipsos ad regis seruitium posse reducere: noluit tunc tēporis cum sanguinis effusione efficeretur. Verum enim uero cōmunitatis ductores timendo ne apud uillam braximam eis sinistrum aliquid accideret: prima Decembris abierunt. Et magni Comestabilis patris Capitanei generalis opidum de Villalpando / absq₃ ui ingrediuntur: quandoquidem populus ille libenter ianuas ductoribus cōmunitatis patefecit: exercitum istud profecto mille equites / & decē millia fere pedites efficiebat. Belli machinas preclaras trahebant. Opidum quippe istud in medio quodammodo uillarum oppidorumq₃ ingētis Admirantis / Comitisq₃ Benauenti / ac Marchionis de Astorga situm est: quos tres precipuos inimicos Castelle cōmunitas habere uidebatur. Qum Admirās ipse & alii magnates percepere suos inimicos oppidum prescriptum de Villalpando petiuisse: a Metina egressi sunt / eos tramite recto insequendo: donec uillam garciam adepti fuere. Et uiri isti tres preclarissimi eorum omnia bona uillas uidelicet oppida castra in inimicorum manibus ponēdo / serenissimam eorum Reginam maluerunt ab inimicorum manibus euellere / ac ei inseruire. Iter suum cū eorum exercitu apud Tor de Sillas dirigere. Et quenta Decēbris anni millesimi quingentesimi uicesimi: requisitionibus debitis prius factis / ipsam aggrediuntur: & armorum ui debellant / non cum parua eorum iactura / ac labore: nam plures de nostris illo in prelio interficiūtur. Et minime fuit in magnatum potestate: quin oppidū prescriptum de Tor de Sillas depredaretur. In isto oppido fere omnes regni pcuratores capiuntur. Fuit opus hoc non parue memorie. Nam & uiri isti preclarissimi non tantum regnum / sed matrem & germanam regi Cesari restituunt.

Nota. ¶ Dum predicta agerent cōmunitatis exercitus ductores cogitando posse Tor de Sillam succurrere: a Villalpando egrediuntur. Et uillam Braximam reuertuntur. Et inde Episcopns Zamorensis Metinam oppidū Admirātis agredi vult. Quod Illustrissimis domin⁹ Ferdinādus predicti Admirantis germanus manutenet. Et suo robore ac ingenio preclaro cum paucis militibus ab eius rabie defendit.

¶ Et cum ad ductorum exercitus cōmunitatis aures preuenerit suas: Reginam una cum infante eius gnata apud magnorum manus militum deuenisset: Vallioletum petiere. Post paucos menses infra quos multa acciderunt: in quibus recitandis prolixior q̄ oportet efficerer: quare dimittuntur. Magnus equidem Comestabilis qui apud ciuitatem Burgos dictam morabatur: confisus de quietudine Lipuscue ac Cantabrie: propter preclara gesta dn̄i Manrrique₃ Delara que fecerat: quomodo comitem de Saluaterra preliādo debellauerat: cum Duce Metine Cœli / & quibusdam magnatibus ut exercitui magni Admirantis iungeretur; iter arripuit. Et apud Castrū seu uil

Iam de Peñaflor ambo gubernatores coniunguntur:ingens quippe Admirans hisce temporibus regni gubernationem iam acceptauerat:uerum hiscediebus & multis antea magnanimus dominus ille Petrus gyron/perspecta ac sibi nota cōmunitatis mala intentione:iamq; dimiserat ipsam. Et Ioannes ille de Padilla precipuus Toletanorum ductor/ cum aliarum ciuitatum Capitaneis cōmunitatis exercitus onus acceptauit. Et Turrim de Lobaton accessit:ipsam partim ui partim alio quodammodo / nō cum ipsorum parua iactura capit. Nam de eorū exercitu/in diuersis preliis plures moriuntur. Et postea fame oppressi coacte egrediuntur. Et suum iter uersus Tauri ciuitatem dirigunt. In medio uero itineris apud locum de Villalar/iuxta Tor de Sillas sitū ui dirimuntur. Et debellantur. Ac a gubernatoribus predictis Ioannes ille de Padilla una cum Ioanne Brauo gentis Segobie capitaneo/ & Francisco Maldonado Salmātice capitaneo/ iure in platea dicti loci die sequenti post predictum prelium decapitantur/ & solo iacent sine capite trunci. Quod uidimus quidem testamur. Fuit prelium istud de Villalar/in die sancti Georgii gottolanorum aduocati:uicessima tertia Aprilis anni prius exarati.s. M.D.xxi. In quo prelio plures alii capitanei & machine belli capte fuere. Hoc peracto illico ciuitates & oppida que regi cōtraria erant/ciuitate Toleti dempta : que certis conditionibus subire uolebat : in gubernatorum manibus & posse seipsas ponunt:ueniam petendo/ac humiliter ipsam obsecrando. Quibus:demptis quibusdam singularibus personis/conceditur.

¶ Finem capit opus istud de diebus criticis/ & de crisi / & de morborum prognosticatione mei Thome Rocha gottolani/ Tarraconensis plage oriūdi militis artium/ & medicine doctoris : quod ex autorum dictis approbatissimorum / tam medicorum q̄ astrologorum fuit ordinatum atq; compositū/ ad laudem domini nostri Iesu christi/ eiusq; uirginis matris atq; omnium sanctorum/ & ad utilitatem medicorum/ & corporum humanorum salutem/ absq; pernicioso aliquorum medicantiū errore adipiscendam:quinta decima Octobris anni. M.D.xxi. Post horridum prelium Pampilonense. Quod contigit in loco uocato Noayna inter Tyebas & urbem Pampilonensem. In quo profecto ingenio ope ui robore precipue Illustrissimi uiri dñi Federici Enrriquez de Cabrera/ Hispanie magni Admirantis/ & de Modica comitis excellentis/& Cesaree magestatis ulterioris Hispanie gubernatoris/& magni Comestabilis simul gubernātis. Galli fracti uiq; repulsi interempti plurimi captiq; multi fuerūt: qui utiq; non tantum propter Nauarre regnum Perhyneos transierunt montes: uerum etiam ut totam in maiora prelia magnam concitarent hyberiam. Ipsi Galli Nauarram ingrediuntur oppositione Saturni cum Marte uigente: Saturnus in Aquario reperitur. Mars decimum quintum Leonis gradum possidebat.

¶ Ut gesta militum hispanie anni. M.D.xxi.

In unum redigantur codicem:hic inseruntur.

Admirans quidem dum ipsi Nauarrā ingrederentur: atq; eam absq; ui quoniam gētis armorum tyronum & equitum propter Castelle necessitudinē depopulatam relinquerant Nauarram: cōfisis hispanis de pace Gallorum) Galli ipsi caperent: Segobie reperiebatur. Et illico uersus Nauarre regnum una cum Comestabili itidem gubernante(qui illic reperiebatur Duce de Nagera persuadente)iter arripuit. Aurum argentum uestes q̄ preciosas que apud se habebat tyronibus pedetibus militibusq; tribuit.

¶ Galli sua leuitate ac temeritate ducti/ Regnum Nauarre sue ditioni absq̧ sangui-
ne traditum aggrediũtur:& oppidũ de Logronio obsidũt: horrido prelio ipsum in
uadunt. Belli machinas crudas ac horrendas ad menia diripiunt. Ipsis ea atrociter per
cutiũt. Verum ab oppidanis & quibusdam aliis qui precepto ingentis Admirantis
ingressi fuerant: incõmoda recipiunt. q̃ plurimi scopetis ipsis igni ferroq̧ munitis in
terficiuntur. Interim ad aures francorum aduenit qualiter ingens ulterioris Hispanie
Admirans/una cum magno Comestabili & Duce de Nagera Capitaneo generali ad
eos aggrediendum accedebat: obsidionem dimittunt/ atq̧ Nauarram reuertuntur.
Admirans equidem cum magnatibus predictis eos insequitur. Et montem serra de
Renega dictũ ascẽdit: atq̧ ut ita loquar trásuolat. Et infra inimicos & Pãpiloñẽsem
ciuitatẽ ad distãtiá medie leuce ciuitatis/ & ad uná Gallorũ exercitus pedẽ fixit. q̃uis
Frácorũ exercit⁹ gẽtibus multis ac bellis machinis preclaris horridisq̧ fuisset fulcitus:
& in ciuitate plures essent tyrones: die illa exercitus noster Hispanorũ septẽ peragra
uerat leucas: & dũ itinere fessi quiescere cogitarũt: Galli aciebus ordinatis retro uene-
re. Hoc uiso Hispanorũ tuba cecinit. Et animo audaci simulq̧ feroci/adinuicẽ exerci
tus ambo se aggrediuntur.

¶ Et dũ preliũ ageretur: & pedites nostri Cantabri propter inimicorũ furiá/ & eorũ-
Nota. bõbardas que eos atrociter feriebát: pluresq̧ interficiebát: fugá arripiebant: Federicus
ipse admirás e qdẽ ab militũ acie magna/ in qua maior spes uictorie erat egressus est:
& persuasionibus atq̧ ui/ut Hector facere solebat: nõ sat erit fugere canibus: ipse ma
gnus Admirás pedites omnes coadunauit. Et eis inquit: moriant̃ Galli: moriantur.
Et in media arma ruamus. Et animo uirili in hostes ruerũt: & cum tota militũ regia
cohorte retroguarda uocata/cuius aciei ductor ac precipuus Capitaneus est dñs Hen
rricus enrriquez Gallicie Adelátatus magni Admirãtis Germanus inimicos aggre-
dit̃. Ipsosq̧ fugat: atq̧ diremit. Cerneres utiq̧ horridũ bellum/plurimos interfectos/
quosdá mucrone traiectos/teloq̧ percussos/multosq̧ semineces/inter quos ipsorum
Gallorũ Capitaneus generalis equo cadit; & sauciatus capit̃. De nostris quippe His-
panis nemo insignis fama miles magnus morit̃. Venerũt Galli: sed non uenisse uo-
lent. Istis itaq̧ peractis Pãpiloñẽsis ciuitas gubernatoribus Hispanis ianuas patefa-
cit. Et Cesari Hispanorũ regi Nauarre regnũ infra terminos Hispanie sitũ restituit̃.
Et Gallorũ belli machine horride simulq̧ preclare cũ insigni opulentaq̧ munitione
apud Hispanos remanẽt: regi Cesari nostro pars datur: gubernatorib⁹. s. magno Ad
mirãti/& Comestabili/Duciq̧ Nagere Capitaneo generali/pars que remanet: intra
eos distribuit̃. Eo modo q̧ philosophus Ethicorũ quinto nobis precipit gubernato
Nota: ribus maior pars exhibet̃: alteri uero minor. O res preclara digna cedro/ infra binos
mẽses cũ dimidio/duo magna prelia uincũt: populosq̧ feroces cõtũdũt. Belli machi-
nas pulchras magnas simulq̧ horrẽdas ab inimicis ui capiunt. Cesari karolo duo re-
De magno Comestabili. gna restituũt. Et in hoc acri prelio/Comestabilis ipse gubernator magnanimus atro-
citer/ut semper assuetus est se habuit/plures feriẽdo/quosdam humum petere cogen-
do/alios ut similia facerent hortando. De illustri uiro Duce de Nagera Capitaneo ge
De duce de Nagera. nerali quid loquar? Ita acerrime inimicos aggressus est/ut pater & ataui sui solebant:
qui etiam nobis posteris fortitudinis exemplum existunt. Et si sub silentio eius na-
tos binos traherem: dignus redargutione essem: quando quidem & si pueri intõsaq̧
ora traherentur: Aurilio similes mucrone corusco in hostes ruerunt: eorumq̧ tela re-
pellebant: pluresq̧ percutiebant.

¶ Dominus uero Henricus Enrriquez regio Caſtelle ſanguine cretꝰ/ prouincie Gal
licie Adelantatus regie aciei precipuus Capitaneus magni Admirantis germanus ter=
tius(nam ſecundus dominus Ferdinandus Enrriquez preſtantiſſimꝰ atqꝫ acerrimꝰ
morbo uexatur)ante regium uexillum quod eius ſobrinus dominus Ioannes Enrri=
quez ferebat:attrociſſime pugnat/plurimos feriendo/ uexillū etiā cuſtodiēdo. Quod
ab inimicis infruſtra diuiditur. Nec minus eſtrenuiſſimus uir iſte Ceſari regi Catho
lico inſeruiuit:quando animo audaci apud Medina de Riuo ſicco magno utiqꝫ Ad=
miranti extra Caſtellam exiſtente/ Reuerendiſſimum ac illuſtriſſimum Cardinalem
Dertuſenſem gubernatorem digniſſimum/ a Vallioleto pre timore fugiētem : preter
procuratorum ciuitatum ac uillarum Hiſpanie ulterioris uoluntatem/qui iunta ſan=
cta uoluerunt appellaretur admiſſit:atqꝫ manutenuit:donec Admirans ipſe huc appu
lit:qui apud ſe onus accepit. Vna cum domino Ferdinando preſtantiſſimo germano
ſecundo:qui Cardinalem apud oppidum preſcriptum precibus detenuit : Dum ma=
gnus Admirans Tor de Sillam expugnat/& dominus Ferdinandus ipſe cum paucis
militibus ſuo preclaro ingenio ac animo uirili / tunc temporis oppidum Medine de
Riuoſicco/& Cardinalem a rabie/ Epiſcopi Zamorenſis preſeruauit:& quoniā poſt
paucos dies populus Medine preſcripte pre timore maximo urgebatur: Coram om
ni populo in eccleſia ſancti Franciſci ſupra altare maius ſolemniter iurauit. Caſtrum
preclarum fere inexpugnabile non ingreſſurum/ nec inimicos itra menia ſpectaturū:
ſed ſi accederent obuiam iturum:& in domino confidebat:ipſos uincere ac debellare.
Iſte magnanimus uir ab hoc oppido tāta preclara fecit : ꝙ poſſumus dicere inimicos
regis/& militum uicit:ac debellauit.

¶ Nec procul eſt magnanimus robuſtiſſimuſqꝫ dominus Petrꝰ ille Giron:cui atro=
ciſſime preliando eius equus interficitur. Cuius brachio etiā plurimi interimunt.

¶ Nec enim tacere licet geſta preclara illuſtriſſimi uiri atqꝫ ſtrenuiſſimi domini Dida
ci Enrriquez de Guzmā/Comitis Albe De liſta:qui animo audaci atqꝫ uirili ut ſemp
aſſuetus eſt/tellum horridum contorſit in hoſtes.

¶ Et illuſtriſſimus Comes ille de Salinas/in ſignis forma & armis/alter de Aguilar
ambo aduerſus Gallos infeſtaqꝫ tela tulere.

¶ Ceteri quippe uiri ſpectabiles/nobiles/ac magnifici ita in prelio ſe habuerunt:quē
admodum Ceſaris milites in aciem magni Pompeii ſe habebāt. Precipue illuſtriſſi=
mus ac ſpectabilis dominus Bertrandus dela Cueua:qui acriter inimicos aggreditur.
Atqꝫ preliādo eiꝰ uires augent. Fuit acerrimū iſtud preliū in die ſancti Pauli/ ultima
Iunii anni.M.D.xxi.decimo ſexto gradu Cancri ſole peragrante/ & cū aſpectu quar
to in amicicie ſcilicet Iouis cum Marte/Ioue in decimo quarto gradu Sagittarii exiſtē
te/Marte ſimilem ſigni Virginis gradum poſſidente.

¶ Dum predicta in regno agerentur Reuerendiſſimus illuſtriſſimuſqꝫ pater obſer=
uandiſſimus dominus Adrianus / Tituli ſanctorum Ioannis & Pauli/ ſancte Ro=
mane eccleſie preſbyter / Cardinalis Dertuſenſis ulterioris Hiſpanie gubernator di=
gniſſimus apud oppidum de Logronio morabatur:que exertciui neceſſaria erāt mā=
dare curabat:uirtute conſilio ope atqꝫ ingenio prudentiſſimo gubernabat. Et tam pa
ci q̄ eorumque bello attinebāt:fere omnia regebat. Prius enim uero ſuis ſacris oratio=
nibus Ceſarem regē noſtrū potētiſſimū/ eiuſqꝫ exercitum deo creatori cotidie mane
ſūmo miſſā celebrando cōmēdabat. A quo oīs originat̄ uictoria:ſine quo fruſtra ui=
gilāt q eū cuſtodiūt:igit̄ deꝰ pr̄ filius/ & ſpūſſctūs inuictiſſimū/ ipſum Carolū ceſarē

semper Augustum custodiat: tendat: foueatqꝫ. Et similia exercebat dum apud Tor de Sillam ui/& ingenio magni Castelle Admirantis captam morabatur. Consilio tam belli q̄ pacis quottidie ingrediebatur. Opinor equidem istius studiosissimi deo acceptabilis uiri uirtute sua/suis sacris deuotissimis deo acceptis orationibus magna ac uetusta Iberia a tanta rabie/peste belloqꝫ intestino liberata fuit. O hispania deo potentissimo cui omnia obediunt gracias age: que tanto taliqꝫ uiro uirtutibus omnibus predito in te dignitate meruit insigniri atqꝫ decorari.

¶ Ad Illustrissimum & excellentem dominū Federicum Enrriquez de Cabrera magnum Hispanie Admirantem/& de Modica Comittem preclarum/ & hispanie ulterioris gubernatorem dignissimum. Idem suus Thomas Rocha gottolanus.

Tu solus cui prediceram ipse:
Rebelles vicisti.
Interemisti Gallos: atqꝫ fugasti.
Tibi laudes:
Qui lingua calamo ferro vincis.
Tu coactus in arma ruis:
Et vires augentur in ipsis.
Subiectis pinus.
Sed superborum acer debellator extitis.

¶ Etsi de grecis Imperatoribus a quodam scriptū sit: eorum enim gesta tanta apud posteros habita sunt: quanta fuerunt eorum ingenia qui scripsere: de gestis quippe tuis Illustrissime uir/precipue hac tempestate lingua calamo ferro factis/ nō michi si lingue centum sint: oraqꝫ centū; ferrea penna michi: singula percurrere possem. Vale & per secula uiue felix.

¶ Idem Thomas Rocha.

Nunc fortuna fouet: nec superbiris eadem.
Nam quos exaltat: minime perpetuo fouet.

¶ Prognosticū p anno.xxiiij.a.M.D.a magnifico Thoma Rocha editū.

ANimaduertēs ego Thomas Rocha plage Tarrachoñ/oriūd9 miles & omniū artiū liberaliū/ac sacre medicie doctor:dñs Castri de Fortianello Gerūdeñ.diocesis:Illustrissimi dñi Federici Enrriques đ Cabrera/magni admiratis Castelle & Granate/Comitis de Modica:& dñi uicecomitatuū đ Capraria & de Baso.&c.medic9:plurib9 pdesse posse.qñqdē iacula puisa min9 nocere solēt.De9 eni ops misert9 nate hūane/quā excellētē ad sui imaginē fecerat:ipsā relinquere noluit:qn saltē aliqd futurū contingens natū sciret.Vt anteq̄ flagello pcutiatur hō:emēdare & pctorū pñias facere ualeat.Etsi aliis arduis occupat9 negotiis:qd ī illi9 āni.xxiiii.post millesimū & qngētesimū astra ptēdūt:dño adiuuāte uirgie maria xpi dei matre fauēte patefacere īstituo.Et ne plixior uidear eorū que in aliorū pgnosticorū pncipiis de plāeta dño anni scripsi cōtēt9:ad rē uenio. ¶ Anni futuri scil3 uigesimi q̄rti pgnosticū unū tm̄ capitulū cōtinebit:de calamitatib9 fere toti9 uniuersi plura q̄ uellē ī eo pferā horrida qdē.Que pfecto diu ē dū ī Italia morabar:breuiter scripsi:qñ pcepto Illustrissimi dñi Ioānis de Aragonia/tūc tēporis Comitis Rippecurcie/& regni Neapolitani pregis pgnosticationē illā uēdicā de morte sobolis regis catholici iuictissimi/& de bellis Lōbardie/Apulie/& numidie/que regnū Botgie dicit/ac terre de Baica que Tripolis nūcupat:& de captiōe orā ciuitatis Aphrice/& aggressione Anglorū ī Gallos edidi.Tñ hic dearticulati9 eudem9:precipue qñ curabim9 climata puicias ac regiones noiare:que illo in āno patient:ni ad deū cōuertant.Cōuertimini igit:& ut ciuitas Niniue agite pñiam.Qm̄ de tribulatiōe inuocaui dñm(inqt propheta.)exaudiuit me.Exurge dñe in adiutoriū nr̄m:& adiuua nos:quoniā infirmi sum9.

¶ Capitulū vnicū.

QVādoqdē tā supiorū q̄ inferiorū planetarū cōiūctiōes in mēse Februarii anni uigesimi q̄rti a natiuitate nō efficiētur in reuolutiōis āni/hora/neq3 in pncipio q̄rtarū pūctualit:nec una dierū simul cōiūcti:nec eorū q̄ttuor pūctualit in eodē gradu reperient.Vt uidere licet capitulū.xvi.secūdi tractat9:quē ī niphū Augustinū de cessa scripsi:ea ppt mirādū ē:đ aliqb9 dicētib9 ānū illū fore nō tm̄ horridū sed horridissimū.Profecto ī hoc decipiunt.Et nō min9 errāt:q tm̄ hui9 mūdi iferioris effect9 solis cōiūctionib9 plāetarū tribuūt:opinor q aut cetā ad pgnosticādū necessaria ignorāt:ul laborare ut decet minime uolūt.Si eni he cōiūctiōes ī āni reuolutiōis pncipio cōtigissēt:o q̄ pniciosa hoib9 accidissēt/pessima qdē.Et forsā aurib9 nr̄is iaudita.Verū ut ī pgnosticatiōe āni.xxii.scripsim9:quis nō efficiāt ī figura itroitali:scil3 ī hora q̄ sol pmū minutū Arietis igredit:qd pncipiū reuolutiōis āni dicit:nec ī aliq̄ ei9 q̄rta.Verūtñ malę nō puant a malicia:& bone cōiūctiōes ac cōstellatiōes a bēignitate.q quēadmodū ī ciuitate pauci mali plures faciūt prauos:ut solet dici:una sola pec9 ificit oīe pec9:sic boni planete a malis ificiunt:& pcipue Iupiter:q quita Februarii Satno unit:& Mars cū duob9 pdictis ī eodē gradu scil3 Pisciū decimo repit.Quare &si repiat Iupit ī sua domo:nō poterit maliuolorū duorū maliciā totaliter repmere.Et pcipue q ī figuris tā puētiōali q̄ itroitali Iupit & Satn9 etiā repiant cōiūcti:lic3 nō ī eodē gradu:q̄re ex sētētia magni & exptissimi Albumazaris hec seq debēt.Cuiusdā secte detrimētū:& quedā religio patiet:& nōnulli a q̄dā secta lege & religiōe ī aliā mutabunt.Leges cuiusdā regiōis uariabūt. Nota.
Alti qdē uiri occūbēt:qđ de9 nolit:si fuerit xpiāi:quorū dñia alter accipiet.Et qm̄ ābo supiores ī puētiōali figura ī decima domo reperiunt:placet Ali uigēte tali cōstellatiōe forsā surget q pphetizabit ea:que futura sūt:& q faciet mirabilia & facta miraculosa.
¶ Et qm̄.decimus.viii.grad9 Leōis angulū ascēdētis possidebit:& in tertio.iiii.v.vi.

septimo/& octauo climatibus Leo figure introitalis horoscopũ faciet: ex senttiẽa Albumazaris habetur/ꝙ in ciuitatibus & prouintiis quibus dominatur/ostẽdentur diuersi domini magni & potentes:& ostendentur cum fortitudine/& eorũ potentia cũ audacia strenuitate/& multa austeritate/& magnanimitate. Et quidã eorũ hoc faciẽt: ut eorũ fama augeatur: & nomẽ cedro dignũ consequantur. Alii illic uenient auiditate bellandi: & sequet̃ illic fraus & deceptio/ & inde derisio hominũ quorũdã: & eis angustie accidẽt. Aurũ & argentũ illic minus q̃ consueuerat appreciabitur. Et lapides preciosi non uendent̃ iusto precio. Prouincias Leoni subiectas in prognostico a me scripto pro anno millesimo quingentesimo uigesimo secundo reperies: quare illic lege. Accident enim hominibus egritudines precipue in stomacho/ & ore/ & bubones pestilenciales: morientur quippe multi: quod deus nolit. Et in quibusdam regionibꝰ multiplicabuntur lupi: qui hominibus nocebunt. Et in uere aer fiet tenebrosus in hora post horam: & arbores mediocriter fructum dabũt. Et in aliquibus prouinciis parum. Hoc equidem uerificat cauda drachonis in signo Leonis existens: que profecto autore Albumazare uigẽte tali constellatione/ obscuritatũ multitudinẽ & terremotũ & aquarũ augmentũ/& diminutionẽ arborũ/& destructionẽ messium significat. Et pluuie multe erunt in quarta autũnali: testificatur hoc Scorpiꝰ: qui in principio quarte autũnalis in ascendente est collocatus. Et coniunctio planetarũ in signo Piscium: & quia signum Geminorũ figure preuentionalis primã domũ efficit: eiusdem Albumazaris est sententia uigente tali constellatione/ꝙ pluuia uigebit etiã in quarta Hyemali: & precipue in principio. Et quoniam Mars in figura introitali reperitur in sua domo/scilicet in Ariete: & Saturnus in signo Aqueo puta in Piscibus/uigente tali cõstellatione: precipit nobis Albumazar/& ptolomeus: posse prognosticare diluuiũ futurũ illo in anno: precipue regionibus signo Pisciũ subditis/& eius triplicitatis. s. Cancri/& Scorpionis. Quare oret pars septentrionalis/& Francia/ & Egyptus/& Suria/ & Romania/& terra promissionis/ & Arabia/& in terra Caldeorum/ Caneduquia. Et in Hispania Valentia ciuitas populosa: & hispalis/non tantum mediocriter. Verum animaduertite ꝙ eo quia Iupiter repertus in Piscibus est orientalis: & luna q̃uis domina anni uerum a cauda draconis aspectu quarto infortunatur. Et in figura preuentionali in termino Martis/ & in gradu puteali reperitur: significat populo ex parte dominorũ suorũ accidere dãna. Et multe infirmitates uigebunt: tamen cũ hoc placet Albumazari/& Ali uigẽte tali cõstellatione/ ꝙ pluuie illo in anno non erũt tot quot quidã astrologi prognosticantur. Etsi fuerint multe: & quedã erunt tempore non cõgruo: & forsam non uigebunt tempore necessario: ut ait Ali. Verũ propterea Lõbardia que Leoni subiaces: non desinas fundere preces: & conuertere ad dominũ. Et tu ciuitas sancta ora pro te/ & pro uniuerso populo: placuisset deo ꝙ quadrãs Italicũ esset liberum/ut nimphus Augustinus ait ab infortunis. Oret Italia: & agat penitẽtiã: & forsam deus omnipotens exaudiet preces: & liberabit eam.

Quere prognosticũ anni. 22.

¶ Gaudeamus christiani & si flagellati: illo in anno: quia teucri non erunt inmunes: flagellabuntur quippe. Leoni subsunt.

¶ Et in ciuitatibus/uillis/& regionibus quibus signũ Virginis preest: eo quia figure introitalis medietatẽ domus ascendentis possidet: hec sequentur. Precipue post ꝑmã quadrã: magni uiri illic ostendentur pulcrarum facierũ. Et plures eorũ utentur coitu non ordinato secundũ legẽ: nã plurimi non cũ propriis uxoribus. Et quidã fruentur scientiis que sunt supra naturã quattuor elementorũ: & multi incumbent rethorice &

dialectice/& bonis moribus. Signo Virginis ſubſunt Grecia/Creta/ inſula que nūc Candia appellatur/& terra ꝓmiſſionis Algezira/ Ferich/& de conſtellatiōe particula ri Barcinon:& ſi de uniuerſali cui Hiſpania ſubiicitur: Sagitario ſubſit. Et timēdum eſt de fame inqt Albumazar uigente tali conſtellatione. Et uigebunt egritudines gut turis. Et in illo anno plures denatis erunt femine : & habebunt difficilem partum ut plurimum. Et aer ſepiſſime obſcurabitur. Et quarta uernalis erit pluuioſa: ut dictum eſt. Et in fine quarte Hyemalis frigus intenſe uigebit.

¶ Quandoquidem ſol in figura preuentionali in uigeſimo quarto gradu Piſciū re- peritur: qui gradus putealis eſt & terminus Martis: rex cuius regnum Piſcibꝰ ſubeſt: aut magnus dominus & nobiles uilipendentur. Et timendum eſt/ ne inferiores inſul tum faciant in ſuperiores. ꝙ ſi fecerint tandem a rege debellati uenient ad manus / & ſuam poteſtatem. Et ditioni ſue obedient. Et quia Iupiter eſt orietalis: hoc idem pro= tendit. Sol equidem ſignificator Ceſaree mageſtatis figure introitalis dominus exi= ſtens:& in illa figura non infortunatus/ ſi in gottolonia aut in regno Neapolis repe rietur: apreciabit ſe & oſtendet ſe potentiorem regibus aliorum climatū: & homines diuites & nobiles honorabuntur:& apreciabuntur: & habebunt ſaluationem & ſecu ritatem. Verum quia Iupiter figure preuentionalis dominus anni effectus in decima reperitur domo regia/ & in ſigno ſuo & eius facie : ſi a Saturno non infortunaretur: profecto in quinto climate / & in ſubditis Sagitario bonum cum gaudio accidiſſet. Nunc uero dubium eſt: unum ſaltem erit ꝙ inter ceteros homines uniuerſi illo in an no infortunato minora q̄ alii infortunia patientur. Ipſe enim Iupiter ſigni Hiſpano rum dominus conſtitutus a deo creatore:& quia potens reperitur in ſua domo & fa= cie: maliciam Saturni aliqualiter remittet. Et quia effectus eſt dominus octaue domꝰ figure introitalis. Licet Saturnꝰ illic preſens fuerit. Hiſpani quīti climatis puta Got- tolani/Celtiberi/& qui regnum Toleti incolunt: non patientur in illo anno tot mor tes & triſticias /quot & quantas patientur ceteri. Et Sicilia que Sagittario ſubiecta eſt: ſimili curſu currit. Dempta/ Apulia/& Lucania: que capitanata in preſentiarū nū cupat. Piſcibꝰ ſubſunt inter alias prouincias pars ſeptentrionalis/& terra Iurgen:& il lud quod eſt inter Romam & terram promiſſionis/& mare rubrum/ & Egyptus:& eſt auſtendens chriſtianorum.

¶ Caueant homines : ſcriptum enim eſt : ꝙ uir ſapiens dominabitur aſtris : aut eli= gendo ut oportet: aut deū orando. Orate igitur:& ad dominum conuertimini om= nes homines : nam in figura introitali Iupiter & Saturnus in domo mortis & triſti= cie reperiuntur: Iupiter enim infortunatus a Marte q̄uis in ſua domo reperiatur: eo ꝙ in figura coniunctionis Martis cum Ioue/Luna/Iupiter/ Saturnus/ & Mars omnes in eadem domo terroris reperiuntur. Et in figura introitali planete ſuperiores/ & ſol in eadem domo mortis & terroris/triſticie & agonie exiſtent. Et quia totus uniuerſꝰ diuiſus exiſtit:& unicuiq; planete ꝓpria pars a deo creatore tributa extitit : & omnes in tali loco reperiuntur: fortune ab infortuniis infortunātur : nimirum ſi fere toti or- bi infortunia accident. Quibuſdam quia egritudinibus uexabuntur: alii bello premē- tur: quidam fluctuationibus. Ceteri quippe alio quodam genere neſcio quo uexabū tur. Orate igitur:& penitentiam agite: penitētia autem ciuitas Niniue a tanto terrore preſeruata fuit. Si agimus penitētiam peccatis noſtris proportionatā: preſeruabimur quippe q̄uis Saturnus maliuolus in domo mortis reperiatur: & hominibus promit tat infirmitates & triſticias/& effuſiones ſanguinis:& uerificauerit iſtud Martis cum

Saturno coniunctio: que in octaua domo efficietur. Et illic Mars reperietur: & Venus/& ipsa luna. Que ab omnib⁹ astronomis radix uniuersi dicitur: &si in figura introitali in decima reperiatur: tamen a cauda draconis aspectu quarto infortunatur. Infortunia magna uniuersus fere orbis patietur. Tum infirmitatibus oppressi/ tum ratione Martis troculentia/& terremotib⁹/& aque fluctuationibus: ut ita loquar: fere deuastabitur: ni in cōtrarium altissimus disponat: qui omnia creauit. Heu heu me quoniam Iupiter & Saturnus. In anni figura iuncti erunt ad distantiam quattuor graduum: factores bonorum operum homines detrimenta patientur. Et nobiles/& magniq̧ uiri Alcaydi/& populi iudices: ut plurimum in quibusdam regionibus patientur: testificatur hoc caput draconis quod in aquario reperitur. Et coniunctio Martis cum Ioue que precesserit in Piscibus.

¶ Et quandoquidem in preuentionali figura luna egrediēdo a sole/Marti applicatur corporaliter: & quāuis ipse Mars in termino Iouis reperiatur: Luna ab eo infortunatur. Significat populo infortunia accidere: uidelicet effusionē sanguinis/ & febres intensas: pati lites bella/& prelia. Ni deus auertat. Et accident magis in ciuitatibus/& ꝓuintiis subditis Arieti: nam in eo Mars reperitur. Verum in illis prouintiis sedabitur bellum citius q̄ in aliis: subiiciuntur Arieti Persia/ Palestina/Babilonia/ & pars Germanie/& Britannia cum terris sibi adiacentibus propinquis.

¶ Et quoniam Mars est occidentalis: occidentales debellabunt inimicos suos. Et etiam istud approbat Mars ipse: qui in figura coniunctionis solis cum luna precedentis coniunctionem Martis cum Ioue & Saturno similiter est occidentalis. Et cōtinuabitur illud: qd̄ diu est existens in monte Pesulano scripsi. Sagitarini maximi/maxime uigebunt: & tandem christi fidem ipsi augebunt. Sagitarini sunt Hispani: qui respectu multorum occidentales existunt. Et Sagitarini etiam sunt Vngari. Scripserā enim hoc inter alia prius considerata trium superiorum coniunctione: que in Cancro effici debebat anno illo millesimo quingentesimo tertio: cuius coniunctionis potentior fuit Iupiter. Si uero anno millesimo quingentesimo uigesimo quarto: Christiani/ Hispani/Mauros/& etiam Turcos inuaderint: ipsos debellabunt. Surgite/surgite a somno christiani principes potentes: & unanimes cum summo ac beatissimo nostro Papa / & Cesare Hispaniarum rege potentissimo semper Augusto aggredimini ipsos: & lex sancta augebitur quippe. Nam perfecto Venus in nona reperietur: significans nobis ꝙ Arabes illo in anno legem suam dānabunt: ac eam ut soliti sunt minime seruabunt. O Imperator gemma totius orbis preclarissima/ exsurge a somno. Nam tibi competit Mahometicam sectam a mundo extirpare. Nunc precipue ꝙ utrarumq̧ Hispaniarum dominus potentissimus effectus es: quas amore potius q̄ baculo subpeditabis & dominaberis. Hispani namq̧ magnanimes quamq̄ eorum naturalis conditio ad superbiam declinet: ad honorem semper intendunt. Et fidelissime regi totis uiribus inseruiūt/si eis equaliter iusticia administretur: & eisdem tibi in seruientibus/uictor euades gloriosissimus.

¶ O bone Iupiter qui dominus figure preuētionalis cum Mercurio effectus es: & in angulo cœli existis: & in domo tua & propria facie: si a maligno Saturno malo radio non infectus fuisses: quanta bona hominibus futura demōstrares: iusticia eis nō deesset: deo seruirent: & legem sanctam magis diligerent. Nunc uero dubium est: precipue quia Mercurius eius consors in dominatione illius ascendentis in gradu puteali reperitur: uidelicet in sexto Arietis.

¶ Oret obsecro populus pro regibus: & reges pro populo: quandoquidē Mars aspectu quarto maliuolo irradiat decimā a domo: in qua sol reperitur: numerādo in figura introitali: quā domū pars signi Capricorni/ & pars signi Sagitarii efficit. Et ipse sol a nimia uicinitate Martis inficit̄. Timendū est: ne detrimentū patiatur rex quidā. Et ne uexetur populus ab eo.

¶ Deus omnipotens liberet reges: nā cauda draconis existens in Leone mortem alicui magno regi minat̄. Caueat magnus teucer si uelit/ & eius soboles: quia cauda draconis quintā domū filiorū scilicet a loco solis numerando sua presentia inficit. Infirmitate grauiter uexabitur. Et uigente tali constellatione ait Albumazar: timendū est ne inferiores insultū faciēt in regē quendā. Et apparebunt super eū inimici sui: & gaudia eius abreuiabuntur. Placeat deo sit teucer ille magnus. Orate igitur christianorū magni principes: ne super aliquē uestrū sors cadat. Quia sol principalis dominus figure introitalis significator regū: eo quia in octaua reperitur: & Mars illic/ & in eadē domo/ & in sexto gradu Arietis. Timendū est. Octaua quippe domus tristitie est. Nota. Nota.

¶ Et quoniā Mercurius ultime partis domus ascendentis figure introitalis dominus existit: & reperitur in ariete. Astrologo expertissimo placet nobis significare mulieres iuuenes in illo anno plures mortem pati: ac etiā pueros. Et in parte occidentis pluuie uigebunt. Et quia eius latitudo est Septentrionalis: significat corruptionem aeris. Et eo quia figure preuentionalis de qua etiam est domin⁹ Mars & uenus: ei propinqui existunt: significat multa bella in parte orientis uigere.

¶ Attendite insuper: nam Iupiter etiam figure preuentionalis/ quia in figura preuentionali in decima reperitur: & alius planeta non reperitur in ascēdente. Et ipse Iupiter in signo Pisciū reperit̄. Ait Albumazar accidet hominib⁹ mors ꝑpter conturbationē que erit iter ꝑncipes & nobiles. Et ꝙ est meridionalis: significat multitudinē aqrū.

¶ O homines ne deficiatis ab oratione: & ne putetis uanū esse dictū: & ne tergo dimittatis. Orate orate. Et papa/ & Cesar/ & reges magniqꝫ domini presules ac ciuitatū & uillarum/ rectores/ consules/ & iurati precipite subditis: ut processiones faciant. Et certis diebus anno illo ieiunare populum precipiant. Nam ultra ea que scripsimus: luna radix uniuersi quia in decima reperitur: nullo alio planeta in ascendente existēte figure introitalis etiam dn̄a existit: & ipsa in Tauro reperiet̄: & a cauda draconis aspectu quarto irradiat̄: & in figura p̄uentionali in gradu puteali reperit̄ ex sentētia Albumazaris & aliorū astronomorū elicit̄. Accidere fere toti uniuerso multas tristitias: & multi morient̄: & nocumētū accidere hominib⁹ ꝑpter multas pluuias. Et in Hyeme uehementiā frigoris: & in quibusdam prouintiis diminutionem annone & uini. Nota.

¶ Figure preuentionalis signum Geminorum primum angulum facit: ex libris Albumazaris extrahitur uigente tali constellatione: ꝙ existentes plurimi in ciuitatib⁹ signo Geminorum subditis: aliquas eorum munient: ut ab incōmodis que eis superuenire possent preseruentur: in eisdem uigebunt egritudines/ & dolores capitis: & uigebunt uenti calidi & uenenosi pestilentiales in state: & cessabunt uenti in quarta autū-

nali. Caueat igitur Corduba ciuitas Hispanie / & mōs Pesulan9 : & cetere que signo Geminorum subsunt: muniant se.

¶ Attendite nam Rex cuius regnum sub regum ditione diutius positum est : timere debet: senex enim ille Saturnus eius dominus seu significator in domo mortis collocatus / mortem ei minatur. Caueat igitur Gallorum rex: & deo inseruiat: cui cuncta obediunt. Et omnes principes uniuersi deo creatori trino & uno inseruiant. Cui placeat sūmum pontificem beatissimum nostrum papam / ac Cesaream catholicam maiestatem conseruare: eosq3 foueat / & protegat religionemq3 christianam misericorditer tueatur / & augeat.

¶ Si uolueritis regiones ac prouintias sub quibus signis existant scire : legite capitulum ultimum prognosticationis a me edite / pro anno millesimo quingētesimo uicesimo secundo: quoniam ibidem diffusius deductum fuit.

